

Aelij Antonij Neb[illegible] intro-
ductiones in latinam gram[illegible]
cum per eundem recognit[illegible]
atque [illegible]
[illegible]

¶ Cum [illegible]

[illegible]

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

R. 22.479









# Aelij Antonij Nebriſſeñ. introductiones in latinam grammati cem per eundem recognitae atq3 exactiſſime correctae gloſſematis cũ anti quo Exemplari collatis.

¶ Cum priuilegio Imperiali.

Liber primus de primis grammaticæ rudimentis.
Liber ſecundus de gñe / & declinatione / & p̃teritis / & ſupinis.
Liber tertius de erotematis partium orationis.
Liber quartus de conſtructione octo partium orationis.
Liber quintus de quantitate ſyllabarum metris & accentu.
Barbariſmus Donati cum eiuſdem Antonii expoſitione.
Differentiarum epitome ex elegantiis Laurentii Vallæ.
Nomina nũeralia / diuidua / ordinalia & aduerbia numerãdi.
De punctis quibus orationis clauſulæ diſtinguuntur.
De ordine partium orationis quam uocant conſtructionẽ.
Repetitio de accentu latino aut latinitate Donato.
Quædam partes grammaticæ magis explicatæ: hoc eſt
De litteris & declinatione græca: quibus opus eſt latinis.
Quædam quoq; regulæ de litterarum prolatione.
De litteris hebraicis & accentu quoq; hebraico opuſcula duo.
Lexicon dictionum quæ per totum opus ſparguntur.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

## ¶ Prologus.

Ad artem ſuam auctor

O Mihi p̄ mltos caſte nutrita labores
Ars mea. q̄ genui. tp̄s in om̄e uale.
Tp̄s in omne uale: neq̄ enim tu⁹ addere qcq̄.
Sed neq̄ qd̄ genitor demere poſſit hēt.
Quē ſua nūc ætas opa ad maiora remittit.
Queq̄ ſibi fuerint inuidioſa min⁹.
Et te iā grandē latebras exire paterni.
Liminis: & media uiuere luce decet.
Sed ne ſola domo uadas: gloſſemata iūxi:
Quæ te circūſtent quolibet ire uelis.
His comitata (metu poſito) ɔ̄tēnere uulg⁹.
Et detractoꝝ uerba maligna potes.
Qui nō agnoſcāt cū te. mera ſōnia fingūt.
Qui nihili uerſus ſuppoſuere meis.
Ito bonis auib⁹: tū impartire ſalute.
Multa: diſcipuli ſint ubicunq̄ mei.
Siue ego quos docui: uel ſiq̄s doct⁹ ab illis:
Nam licet & fas eſt dicere utroſq̄ meos:
At ſi forte roges quo primū uertere curſus:
Quāq̄ tibi iubeā ɔ̄tinus ire uiam:
Te prius ad nr̄æ hinc auguſtę limina pfer:
Nuſq̄ tota tibi eſt ianua apta magis.
Inuenies illic ab eadē ſtirpe ſorores:
Quę te ſubcollent excipiantq̄ ſinu.
Altera qua nr̄o mutat̃ ſermo latinus:
Altera q̄ Hiſpane nectere uerba docet.
Preterea fratres: alia ſed m̄ tre. gemellos
Inuenies: quos tu nō aliena petes.
Alter em̄ Latio ſermonē reddit Iberꝫ:
Alter ab Hiſpanis uerba latina refert.
Si regina tuos repetet uoluetq̄ libellos.
Vtq̄ ſolet uultus forte ſerenus erit.
Pauca tui refers mēor hęc mādata parētis:
Tp̄ibus ur̄is nōnihil iſte dedit.
Quōd ſi tu nobis fœlicia tp̄a donas:
Et meus illuſtrat ſæcula ueſtra parens.

O Mihi. Alloqͬ̃ artē ſuā Antoni⁹ q̄ſi filiā q̄ndā ex ſe genitā· q̄ cū ſit m̄lto iā tp̄e domi caſte integreq̄ꝫ ab illo educata· iubet ipā ꝫ valere· atq̄ꝫ ex latebris domeſticis in lucē emittit. Q̄ꝺ iſ ꝟgo ē ɔ̄taſq̄ꝫ ludibrio expoſita addit illi gloſſemata q̄ſi comites ſtipatoreſq̄ꝫ q̄ illā deducāt· atq̄ꝫ ab inidoꝝ iniuria defendāt aſſerātq̄ꝫ. Dat illi p̄terea mādata· vt ſuo noīe ſalutet diſciplos q̄ſcū q̄ꝫ aut vbicunq̄ꝫ nacta ſit. Impat q̄ꝫ illi vt i p̄mis Regiā domū reuerēter adeat. vbi nō oīno erit hoſpes q̄ppe q̄ illic īuētura ſoro res frēſq̄ꝫ ad q̄s diuertat. Deīde p̄cipit vt ſuis ꝟb pauca regine ipī dicat. ¶ O (iq̄t) ars mea q̄ꝫ gēui. Trāſlatio freq̄ns ē. nā eo mō poete opa ſua dn̄r gignere atq̄ꝫ amare· q̄ parētes filios autor ē Ariſto. i li. ethicoꝝ. ix. Tp̄s i oē. i. i ɔ̄tnū ſic Oui. Effice me meritis tp̄s i oē tuū, ꝛ ꝟgili. Salue mihi maxīe Pala eſnſiq̄ꝫ vale. Tp̄s i oē. Iucūda repetitio Sappho poetiſſe freq̄ntiſſima. Tuus genitor. i. autor p̄ſtatq̄ꝫ in allegoria. Nꝫ q̄ꝺ poſſit addere aut demere. nā i recte factis vt ait Ariſto. ij. ethico. nec addi. nec detrahi qcq̄ pōt. Et te iā grādē. ac ſi dicat nubilē ac viro maturā. Exire latebras· vbi āteh ac latuiſti. ꝛ viuere i media luce. i. ꝟſari i oclis hoīꝫ ac freq̄ntia. Sꝫ ne ſola. q̄ꝺ i ꝟgie piclosūꝫ ē. Gloſſemata i. gloſſulas. ſic eīn greci appellāt. q̄ autoꝝ lcōni enarratores de ſuo addūt viua (vt aiūt voce.) Que te circūſtēt. i. ſatellitio ſtipēt. eodē nāq̄ꝫ mō gloſſule apponūt̃ lcōni q̄ ſtipatores cingūt lat⁹ atq̄ꝫ circūſtāt eū quē comitant̃. Quolꝫ. i. in q̄cūq̄ꝫ p̄tē. Comitata his ſcꝫ gloſſematis. Vulg⁹. i. multitudinē impitā. Uerba maligna. ab iuidia detractoꝝ naſcētia. Qui ſcꝫ hoīes impiti ꝛ detractores. Cū nō agnoſcāt te. i. intelligāt q̄d ɔ̄tineas. Mera ſomnia. i. pura ꝛ q̄ nihil ſignificēt. nā ſunt ēt aliq̄d ſignītia· illa q̄ ſunt veꝫ pituita purgatiſſima. Marti. Sēp mā e mihi de me mera ſomnia narras. ꝟg. i buc. An q̄ amant ipī ſibi ſomnia fingūt. Uerſus nihili. ocioſos ꝛ nulli⁹ momēti. Suppoſuere meis. i. q̄ſi ſuppoſiticios inſuerūt. Ito bōis auib⁹. i. auſpicijs foelicib⁹. Antiq̄ eīn ſine augurio nihil icipiebāt· Impartire ſalute m̄lta. i. ſaluta meis ꝟb diſciplos meos. ſic Terē. i eu. plurima ſalute Parmenonē ſūmū ſuū ipartit Gnato. Utroq̄ꝫ eīn mō decliat̃ ipartior ꝛ ipartio. Utroſq̄ꝫ ſcꝫ diſciplos ad diſciploꝝ meoꝝ. At ſi forte. Q̄ꝛ p̄mittit autor artem ſuā libere vagari ſuadet illi vt domū regiā i p̄mis adeat. Auguſte limina. i. regine. Nā vxores ceſaꝝ auguſte appellāt̃. ꝟgil. j. ē̄n. Perge mō atq̄ꝫ hic te regie ad limīa pfer. Nuſq̄. i. nllo loco. Tota ianua. ſic Mart. Nulli tota magis ianua poſte p̄tꝫ. Sorores. duas artes grāmatices. alterā q̄ꝫ ipſi⁹ regie ipio e regiōe ꝟſuū hiſpanīēſem fecim⁹. Alterā. i q̄ ſmonē hiſpanū ſub regulas atq̄ꝫ artis p̄cepta ɔ̄traxim⁹: op⁹ eiuſdē regie auſpicijs editū. Que te ſubcollēt: hūero ꝛ collo ferāt. Varro i. iij. ꝺ re ruſt. de apib⁹: regē (iq̄t) ſuū ſequūt̃ ꝛ feſſū ſubleuāt. ꝛ ſi neq̄t volare: ſubcollāt. Sueto. i othōe. Dōec ɔ̄miſſa meta ſubcollat⁹. Preterea frēs. i. duo vocabularia alia ſed m̄re. i. diuerſa vocabuloꝝ materia. Nā alteꝛ ex ſmōe latio i hiſpanū. Alteꝛ ex hiſpano i latias ɔ̄uerſū dictiōes. Forma ꝟo ē q̄ꝫ ars iducit: noīa ꝛ ꝟba aliaſq̄ꝫ ptes orōnis q̄drās ad ſmōis ſtructurā. vn̄ ſignāt̃ dixit alia m̄re: alludēs ad materiā vocabloꝝ. Gemellos. Q̄ꝛ ſimul geniti atq̄ꝫ editi ſūt. Latio. i. latio ſmōi. Iberꝫ. i. hiſpanū. Si regia. q̄d ipī regie oſ̄dit. Nōnihil. i. aliq̄d. ꝛ modeſte ꝺ ſe loq̄t̃: atq̄ꝫ ex Martiale ſumptū ē. Q̄ꝺ ſi dicis o regina te dare nob tp̄a foelicia: ꝛ me⁹ parēs ſua doctrina facit ſecla vr̄a illuſtriora.

¶ Petri nuñez delgado pbr̄i ꝛ portionarij hiſpali pſ̄itētis: de Antonio Nebriſſeñ. p̄ceptore ſuo miris laudib⁹ extollendo. Ad lectores carmen pridem exaratrum.

Hini geras xp̄o grates: pia fūdite thura.
Qui bon⁹ Antonii ɔ̄tulit hui⁹ opē.
Pāgite vos m̄reꝫ roſeo fulgore micātē.
Ut lacheſis gelidas tardet amica colos.
Et tū celebrate dec⁹: celebrate parentē.
Si q̄s pieridū tāgere caſtra cupit.
Mūd⁹ erat ſine lege chaos. ſine noīe mo(les
Prebuit at formā iupit̃ iſte ſophos.
Sol⁹ hic iñ̄ueros q̄ iā dñata p̄ ānos.
Barbariē fuerat: repulit arte ſua.
Quas ſanie t̄ras maclauit barbara lexis.
Terſit. ꝛ aonijs iāq̄ꝫ rigauit aq̄s.
Nā totū pagrās orbē: ſudauit. ꝛ alſit.
Per magnā heſpiā laurea ꝟta gerēs:
Quicq̄d inceptū veteres liq̄re diſerti.
Explicuit chartis. vidit ꝛ excoluit.
Et q̄ ſparſa nimis cecinit laurēti⁹: ꝛ q̄
Garrula p̄ſcoꝝ: ꝛ craſſa minerua cāit.
Et q̄ donat⁹. diomedes. chartaq̄ꝫ p̄ſci.
Ars tenet Antonij ſed p̄cioſa breuis.

Hic valet eloq̄o ſupare ſcripta poꝝ.
Eſt alt̃ cicero. q̄ntilian⁹ adeſt.
Caſtalio doctas cātādo i fōte puellas.
Mnemoſines vidit tēdere plectra lyræ.
Et q̄ꝛ ſic ligua ē modꝛator vtraq̄ꝫ ſacdoſ.
Tradidit auratā flau⁹ apollo cheli.
Hic vires logices reſecat: ſophiq̄ꝫ ſecre(ta
Naturę. ꝛ repat ſidera fortis atlas.
Eſt ēt cultor legū. ſic oīa callet.
P̄ꝛci⁹ ſit medicis. vt galien⁹ ope.
Cādida lnciferos geſtāt agiographa ſeſ⁹
Et patꝫ Antoni cult⁹ vbiq̄ꝫ loc⁹.
Dēiq̄ꝫ magnanim⁹ ſineret reſpōſa ſibillę
Aeneas: cāit hic certa magis tripode.
Cur ſileāt geniti. vel q̄ naſcēt̃ ab illis.
Nāq̄ꝫ oīs reꝫ cognita cauſa ſibi eſt.
Quicq̄d agēt alij. nimiū delebit̃ inq̄.
Sꝫ poſt nebriſſę pl⁹ celebrād⁹ honos.
Nō poterit nomē ſeclis abolere vetuſtas.
Morib⁹. ingenio. religiōe. fide.

Māt ua q̄ꝫ meritis ꝺcorauerat alt̃ hōe(r⁹
Nil valet. ātōi ſꝫ volat aſtra ſolū.
ſitq̄ꝫ dracōigerę celebratę āphiōe thebę
Sꝫ poſt nebriſſę pl⁹ celebrād⁹ honos.
Grecia p̄ſpicuos ſe iactat ginere natos
Q̄ꝺ craſſi careāt aeris ingenia.
Fallit̃ at nimiū. viget hic ſubtilior aer
Sꝫ poſt nebriſſę pl⁹ celebrād⁹ honos
Artib⁹ ingenij laxauit mille labores.
Abſtrahe rhinoceros iuida ꝟba. man⁹
Pauca q̄dē refero maior ē ſua glia ꝟo.
Sꝫ poſt nebriſſę pl⁹ celebrād⁹ honos.
Diſpeā. ꝛ ſtygijs claudar plutōis i vn(dis
Debet̃ meritis ni mea vita ſuis.
Quo circa mecū petite hoc iuueneſq̄ꝫ ſeneſq̄ꝫ.
Flectet̃. iuſta voce rogāte. de⁹.
Uiuat i ɔ̄ternū ſuper Antoni⁹ iſte.
Climaticos ānos neſtoreoſq̄ꝫ dies.

Telos.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

## AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS
### Iſabelæ principi ſuæ Salu. Dicit.

CVM introductiones meas præclariſſimo tuo nomine recognitas atq; interpretatas ede
re cœpiſſem: multi a me petierunt: ut illum ipſum prologum: quo ſum celſitudinem tu-
am præfatus enarrarem: tum ꝙ propter eas antiquitates quæ in eo perſtringuntur: ſub
ſcurus atq; difficilis cognitu uideretur: tum etiam ꝙ rei literariæ profeſſores a proœmio
librorum ſemper auſpicari conſueuerunt. Et quamq̃ multa erant quæ me id facere pro
hiberent: tum ꝙ commentarios commentariis inculcando: nimio apparatu tempus inſumebatur: tũ
ꝙ officium interpretis eſt multa in commendationem autoris illius dicere quem exponit: tum deni-
q; ꝙ nullo exemplo aut perq̃ raro id fieret: ut quiſq̃ autor ſuum opus interpretaretur: geſſi tamen illis
morem: quibus nihil denegare potui. Expoſitionem igitur præfationis aggrediamur. Ad optimam
eandemq; maximam. In titulo ſiue indice ſiue inſcriptiõe cuiuſq; operis duo præcipue annotãda ſunt:
nomen autoris & ſubiecta libri materia. Quidam addunt & perſonam: cuius nomine opus illud in-
ſcribitur: quæ ſi expreſſa non fuerit: nihilominus tamen intelligimus librum publicæ lectorum utili
tati dedicatum. Autor igitur eſt Aelius Antonius Nebriſſenſis grammaticus. Materia eſt recognitio
cum cõmentariis introductionum ſuarum: quas de ſermone latino iam bis ædiderat. Perſona cui o-
pus dedicatur eſt optima eademq; maxima Auguſta Iſabela. Titulus non ut quidam furore perciti di
uinant: a Titane hoc eſt a Sole dicitur: quia illuſtrat qua de re in illo opere diſputatur: ſed autore Fe-
ſto Titulus a tutando uenit: quia tuetur & prohibet: ne plagiarius quiſpiam librum alieno labore par
tum pro ſuo ædat. Index uero dicitur ab eo quod & autoris nomen ſimul & materiam indicat: & qua
ſi digito demonſtrat. Inſcriptio quoq; appellatur: quia prima ſtatim fronte atq; libri initio inſcribitur.
Sed q̃q̃ ordo naturæ deſiderat: ut nomen autoris preponi debeat: deinde materia ſubiũgi: tum demũ
perſona cuius nomine opus æditur: nos inani quadam ambitione perſuaſi omnia inuertimus: poſtpo
nimuſq; quod fuerat præponendum. Pari ſunt in errore: qui in hunc modum loquuntur. Rex & tu
& ego uenimus. Nam ſi uerum eſt quod grammatici dicunt uerbum digniori reſpondere debere: ea
dem ratione dicendum fuit: Rex & tu & ego uenit. Quod non minus abſurdum q̃ ridiculum eſt dice
re: quoniam in orationis ſerie non tam rerum dignitas: q̃ perſonarum ordo deſideratur. Quare in ti
tulo dicendum fuit potius: Aelii Antonii Nebriſſeñ. Grammatici præfatio in recognitionem cõmẽ-
tarioſq; introductionum ſuarum ad optimam eandemq; maximam Auguſtam. Sed quoniam autor
eſt Ariſtoteles: multitudinis arbitrio loqui oportere: ſentiendum uero eſſe cum paucis: in titulo qui
multitudini legendus proponitur. Auguſtam noſtram antepoſuimus. Ad optimam eandemq; maxi-
mam. Ego non alio potiſſimum dignitatis epitheto dignatus ſum Hiſpaniarum Reginam: q̃ quod
antiquitas dedit ſuo Ioui: quem Græcia in arce diuinitatis cum poſuiſſet: optimũ maximumq; appel-
lauit. Optimum uidelicet propter beneficentiam. Maximum uero: quia ſupremum gradum in uni-
uerſitate rerum optinere putabatur. Idem prope ualeret ſi dixiſſem. Ad altiſſimam eandemq; clariſſi-
mam Auguſtam. Nam Altiſſimum eſt quod in ſummo rerum faſtigio collocatum eſt. Clariſſimum
uero: quod uirtutis ſplendore conſpicuum atque illuſtre redditur unde gloria illa reſultat: quam Ci-
cero dicit eſſe conſenſum bonorum atque incorruptam uocem bene iudicantium de excellenti qua-
dam uirtute: tametſi in epiſtolis ad Lucillum Seneca: Gloriam a Claritudine diſtare putet: ut gloria ſit
conſenſus multorum: claritudo uero tantum bonorum. Quod uero nonnulli reges ſereniſſimos ap
pellant: id neque uſitate neque latine dicitur. Nam ſi uultus ſerenitas: que animi tranquilitatem pro-
mittit: uirtus eſt: ſi iuſticia: fortitudo: ſeueritas grauitas: magnitudo animi: largitas: beneficentia: libe
ralitas: uirtutes regiæ ſunt: ut Cicero pro rege Deiotaro ſcribit: non minus tantum ad ſubditos perti
nent. Regum igitur propria eſt celſitudo claritaſque: & ſi ambitioſe nimium Vulpianus in libris dige
ſtorum titulo de ſenatoribus dicat ſenatores quoque poſſe claros appellari. Auguſtam. Quemadmo
dum uxores regum Reginæ: ſic imperatorum (ut uulgus loquitur) nõ imperatrices: ſed auguſtæ ap-
pellantur. Auguſtam igitur diximus ſiue ab Auguſto augurio. quod huius auſpiciis res omnis Hiſpa
na reſtituta eſt: ſiue ab augendo: quia ipſa uires ſubminiſtrante: ductu atque imperio dultiſſimi coniu
gis res publica Hiſpana aucta propagataque ſit. Iſabelam. Hiſpanus ſermo nomen hoc a diui Ioan-
nis Baptiſtæ matre Eliſabe ut Hebræi dicunt: ſiue Eliſabet per. t. exile in fine detorſiſſe uidetur. at-
que ut græci utrobique penultima acuta: non Heliſabet per. t. atque accẽtu acuto in fine ut corrupte
in oĩbus libris legebatur proferebaturque corruptius. Sed quia declinationis latine ratio exigebat: ut
ab Eliſabet Eliſabeta diceremus: idque durum tum plæriſque: tum eidem ipſi reginæ uiſum eſt: ab Iſa
bel uoce Hiſpana nouo nomine Iſabelam potius q̃ ex Heliſabet uoce Hebraica Eliſabetam fecimus.
Huius nominis tertiam. Prima namq; huius nominis regina fuit Ludouici illius filia: qui primus in
Gallia hoc nomine regnauit: quam duxit uxorẽ Alphonſus ille: qui Hiſpaniarum Imperator eſt con

ſalutatus. Secunda fuit huius noſtræ ex Ioanne ſecundo mater fœliciſſima Hiſpaniæ. Hæc Gręcis ab
Ibero amne ſiue ab Iberibus:qui illam incoluerunt:Iberia dicta eſt. A latinis uero Heſperia minor ea
dem ratione:qua Heſperia maior Italia eſt a Græcis appellata. A iunioribus deinde ab Hiſpali Hiſpa
nia ut nominaretur obtinuit. Ac inſularum noſtri maris. Quod uulgus Mediterraneum uocat:lati-
ni Noſtrum ſiue Herculeum mare appellant:cum mediterranea potius dicantur loca a mari remota
ut ſi dixeris Toletum eſt urbs mediterranea. Inſularum uero. Ambitioſe dixit cum nõ omnium ſit re-
gina:ſed tantum Pityuſarum. Balearium. Sardiniæ. Corſicæ. Siciliæ cum reliquis illi adiacentibus
inſulis. Reginam non qua ratione uxores atq; filiæ regum a latinis reginæ dicuntur:ſed quia regnũ
Hiſpaniarum illi dotale fuit. Aelii Antonii Nebriſſeñ. grammatici. ut Aelius ſit prænomen. Antoni
us nomen:Nebriſſenſis cognomen:Grammaticus uero:agnomen ex profeſſione ſumptum. Solent
multi a me quærere cur Aelii prænomen mihi adoptauerim:cum prænomina gentilicia eſſe debeãt:
hoc eſt familiæ cuiuſq; propria. Quibus ego reſpondendum eſſe opinor hoc in loco ſimul omnibus
quod ſum ſingulatim reſpondere ſolitus:illam uidelicet fuiſſe mihi cauſam prænomen hoc aſſumẽ
di quod Nebriſſæ atq; in agro Nebriſſenſi complura ſunt antiquitatis monumenta:in quibus Aelio
rum atq; Aelianorum familia marmoribus inciſa legũtur. Licuit ergo mihi tanq̃ maioribus meis hæ
reditario quodam iure prænomen hoc adoptare:cum præſertim in tota Bettica Aeliorum familia
fuerit clariſſima:ex qua ſunt Ael. Traianus. Ael. Hadrianus Cæſarum præſtantiſſimi:qui mihi fue-
runt prope dixerim conterranei. Dicet uero quiſpiam. Aelii atq; Aeliani:quos tu dicis Nebriſſam tu-
am coluiſſe:quoſq; falſo maiores tuos fuiſſe iactitas:quod ipſa nomina præ ſe ferunt Romanos fuiſ-
ſe conſtat:qui poſt annos circiter ſeptingentos a Gotthis Vandaliſq; Nebriſſa pulſi ſunt:atq; rurſus
Gotthi Rhoderico rege a Pœnis Mauritaniſq;:quos tandem poſt annos circiter quingentos Ferdi-
nandus tertius omnium gẽtis Gotthicæ regũ clariſſimus atq; perinde ſanctiſſimus:tam diuturna poſ
ſeſſione deiecit. Quo igitur iure quaue iniuria tibi inde hæreditarium nomen uſurpas:cuius ſtemma
toties interruptum eſt? His ego poſſum illud adhuc reſpondere. Et ſi fortuna illius oppidi:quẽadmo-
dum & aliarum rerũ:ſæpe mutata eſt:licuiſſe tamen a Romanis patriæ quondam meæ colonis:quo
rumq; uirtutis ſum admirator:ſi non per naturam ſaltem per adoptionem:aut per Pythagoræ palin
geneſiam:aut per Anaxagoræ potius homeomeriam. i. omnium partium atq; membrorum inter ſe
ſimilitudinem:quam Maro quarto ęneidos libro ſignificare uiſus eſt cum Eliſſam his uerbis imprecã
tem inducit. Exoriare aliquis noſtris ex oſſibꝰ ultor:qui face Dardanios ferroq; ſequare colonos. Nã
quẽadmodũ Dido optat atq; precatur:ut ex cineribus ſuis aliquãdo oriatur:qui iniuriæ ſibi ab Aenea
illatæ ſit ultor:quod Hãnibal poſtea feciſſe putatur:eadem quoq; ratione poſſum ego dicere me unũ
ex poſteritate Romanorũ eſſe:ex quorum cineribus non minus ego ſum ortus:q̃ Hannibal fuit ex
oſſibus Eliſſæ. Antonius nomen eſt genti meæ frequentiſſimum:quo nomine fuit mihi auus atauuſ-
q; materni:uiuitq; adhuc ſoror Antonia quæ nomine quoq; ipſo proauiã refert. Nebriſſenſis. De anti
quitate illius oppidi quoniam multa in aliis quoq; locis carmine & proſa oratiõe conſcripſimus:illud
tantum in hoc loco nõ diſſimulandum. Nebriſſam quæ alio nomine Veneria eſt appellata Turdeta
norum eſſe oppidum perq̃ uetuſtum in Bettica poſitum a Libero patre:quo tempore uictor Hiſpaniã
luſtrabat:inter æſtuaria Betis:quemadmodum autores ſunt Strabo:Plinius:& Ptolemæus:appella
tamq; Nebriſſam a nebridibus dãmarum pellibus:quarum erat uſus in ſacris:quæ Bacchus illo in lo
co inſtituerat:dicente Sillio Italico punicorum libro tertio. At Nebriſſa Dionyſeis conſcia Thyrſis.
Quam ſatyri coluere leues redimitaq; ſacra nebride. & hortano menas nocturna Lyæo. Nam tempo
ribus ſecundi belli punici iam floruiſſe Nebriſſam atq; ſingularem in eo bello operam Hannibali na-
uaſſe:idem Silius teſtatur. Grammaticus Nomen eſt profeſſionis:neq; enim dedignati ſumus nos a ꝓ
feſſione cenſeri:quæ nobis tantum honoris peperit:quantum etiam me tacente obtrectatores mei fa
tentur. Præfatio. Sic latine dicitur:qui græce prologus ſiue procemium appellatur. In recognitionẽ
cõmẽtarioſq;. Et cur utrumq; fecerit:cauſas in ipſa pręfatione narrabit. Introductionum. Iam ab ipſo
ſtatim operis initio profitemur nos nõ artem grãmatices abſolutam:& cui nihil addi poſſit:ſed intro-
ductiones tantum latinas ſcribere:ne quiſq̃ poſſit calũniari nos aliquid omiſiſſe eorũ:quæ ad gram-
maticem pertinere exiſtimantur quod aſſequi erat infiniti cuiuſdam operis:& quod magis obeſſe q̃
prodeſſe poterat:iis maxime:quibus introductiones noſtrę ſcribuntur. Bis ædiderat. Priores ad perq̃
Reuerendum patrem illuſtriſſimum dominum Petrum Mendoçam. S.R.E. Cardinalem Hiſpanũ.
Quæ quia hominibus carmini Alexandrino aſſuetis non multum placebant. Secundam adiecimus
ad nobiliſſimum adoleſcentem Guterrium a Toleto. in quo illa tantum uerſibus complexi ſumus:q̃
cum ſint uaria atq; de rebus minutiſſimis differentia:in promptu pueris habenda erant:quod uidetur
poſſe facilius carmen de ſe pręſtare.

Thales ille Mileſius. Hec prefatio in tres partes diſtribuitur. Prima enumerat cauſas cur autor introductiones ſuas iam bis editas recognouerit. Secunda cur in illas commentarios adiecerit. Tertia cur Eliſabe Hiſpaniarum regine potiſſimum dedicauerit. In p̄ma p̄fationis parte artificioſa quadam inſinuatione vtitur. Nam cum inconſtantie ac leuitatis nec minus ignorantie ſignum videri poſſet toties idem opus edere: excuſat ſe auctoritate Mileſij Thaletis. qui cum aliquando interrogaretur quis eſſet ſapiens. reſpondit tempus ꝙ omnia inuenit. Hoc igitur autor dixit quedam operi adieciſſe. quedam rurſus detraxiſſe. Deinde ſubdit aliam adhuc cauſam opus illud emendandi ꝙ inſcitia quorundam atqꝫ ignorantia impreſſorum librariorumqꝫ multa fuerant ex exemplari deprauata. q̄ tamen ſuis locis reddenda ſunt. Dicit igitur proponens Thales Mileſius. Quemadmodum Dioge. Laertius ſcribit Thales patriam habuit Pheniciam: poſtea vero ciuis Mileti aſcriptus que fuit vrbs in Ionia clariſſima obtinuit vt Mileſius potius q̄ Phenix cognominaretur. Ille. hoc in loco emphaſim quandã habet autore Valla. Qui fuit vnus ex numero ſeptem ſapientũ. Idemqꝫ p̄mus in ordine. ſcilicet illorum ſeptem. Nam cum adoleſcentes Ionij iactum retis a piſcatoribus emiſſent: eſſetqꝫ inter illos de tripode aureo cum piſcibus educto exorta contentio. ex Apollinis oraculo quod iubebat vt tripus ille ſapientiſſimo traderetur: vtriuſqꝫ partis conſenſu Thaleti datus eſt. Hinc igitur p̄mum ſophie ideſt ſapientie nomen exoritur. quemadmoduꝫ philoſophie a Pythagora. Illorum ſeptem. Hi prope omnium conſenſu fuerunt Thales Mileſius. Solon. Salaminus. Chilo Lacedemonius. Piracus Militeneus. Bias Prienens. Cleobulus Lindius. Periãder Corinthius. quamq̄ Plato in Protagora huius loco Miſonem Cheneum numerauit. Sapientie ſtudioſos. i. ſapientes. non illi quidem ſimpliciter ſapiẽtes illa ſcilicet ſapientia quam adhuc mortalis nemo conſecutus. ſed vt vulgus vitaqꝫ communis loquitur: que appellat ſapientes viros ingenio doctrinaqꝫ p̄ſtantes. Interrogatus aliquando. Interrogandi cauſa illa fuiſſe videtur. quod cum ſapientie nomen: vt paulo ante diximus: nuper eſſet inuentum: atqꝫ illi ſeptem qui ſapientes eſſe putabantur: profeſſionem tanti nominis recuſarent. Interrogatus Thales quis igitur eſſet ſapiens tempus reſpondit. & ſubdidit cauſam. quia omnia inueniat. E veſtigio. i. ↄtinuo & ſtatim: dictum ab eo ꝙ in eodem veſtigio inſiſtentis fit. Deinde ꝓpoſitam ſententiam commendat ſimul & exponit dicens. Preclara me Hercule vox. Hercule aduerbium eſt iurandi. quod tametſi videtur ſignificare per Herculem: vel ita me Hercules amet. apud nos tamẽ aduerbium eſt dei obteſtatione aliquid affirmantis. Nam ꝙ diuus Hieronymus prohibet nos huiuſmodi ſermonibus vti ſcribens in illud euãgelij de filio ꝓdigo & frugi. abſit ab ore Chriſtiano Iupiter omnipotens & me Hercule. me Caſtor. loquendi modus ille ſua etate fuerit forte periculoſus: cum adhuc Rome complures ex gẽtilitate ſupeſſent. noſtro vero ſeculo quis adeo infirmus eſt vt offendatur: ſiue vt greci dicunt: ſcandalizetur: cum audit: me Hercule me Caſtor. & quod poeta noſter dixit. Aquel con quien Iupiter tuuo tal zelo. Tali viro. Emphaſim habet. quaſi velit dicere illo: qui ſit ab omnibus ſapientiſſimus iudicatus. Humano ingenio. Nam q̄ diuinitus reuelantur. temporis momento poſſunt infundi. quamq̄ & ille temporum diuturnitate quibus non ſunt reuelate acquirantur. Abſoluat. hoc per accidens fit. nã Ariſtotele autore libro Phiſicorum quarto. tempus corruptionis per ſe cauſa eſt generationis vero p accidens. Unde eodem teſte ꝓuerbium fuit apud grecos. omnia tempore ſeneſcere atqꝫ corrũpi. Hinc & Ariſtoteles. Superiori Thaletis ſententie aſtipulari dicit Ariſtotelem. qui primo de moribus libro ſcripſit. tẽpus eſſe quod res inuenit adiuuatqꝫ. Tempus inuentor adiutorqꝫ. nam teſte Priſciano maſculina & feminina vel duorum communia in or. inueniuntur etiam neutris coniuncta. vt Vergili. x. enei. Italiam petijt fatis autoribus eſto. Illud quoqꝫ figurate dicitur tempus res inuenire. cum intelligendum ſit ab hominibus in tempore iueniri. Unde. i. a quo tempore. ſic Vergi. Genus vnde latinum. i. a quo latino. Artium ſiue ille ſint practice ſiue theorice. Facta ſunt additamenta. nam ſic artes abſoluuntur: ſi noſtris atqꝫ aliorum inuentis quotidie aliquid addamus. Sed quemadmodum diximus. hoc per accidens fit, nam per ſe tempus cauſa eſt obliuionis atqꝫ artium interitus. Q̄ð cum a Thalete p̄mum. Quod Thales p̄mum deinde Ariſtoteles in genere dixerunt tempus omnia inuenire. Cleobolus proprie ad eas artes contraxit. quas ſermocinales appellant. Nam omnes artes ſiue ſcientie aut ſunt de rebus aut de ſermonibus. De rebus aut ſunt practice quarum finis eſt actio ſiue opus. aut theorice quarum finis eſt contemplatio. quo in genere ſunt phiſica. mathematica. theologia. Circa ſermones quoqꝫ tres verſantur. grammatica. dialectica. rhetorica. Poſt annos trecentos. nam floruiſſe Thaletem circa olimpiada quinquageſimam. quo tempore iudeorum captiuitas fuit Babylonie. autores Laertius Diogenes atqꝫ Euſebius Pamphili. Ariſtotelẽ vero circa olympiada centeſimam vigeſimam omnes confitentur. Cleobulus hic quemadmodum ſuperius eſt memoratus vnus fuit ex numero ſeptem ſapientũ. Euagore filius natus Lyndi. que fuit vrbs nobiliſſima inſule Rhodi. Sunt qui dicant hunc non Lyndium. ſed ex Caria fuiſſe: q̄ regio ↄtra Rhodum in Aſie continenti ſita eſt. Thaleti contemperaneus. Nam ſeptem illi quos diximus omnium prope conſenſu fuiſſe ſapientes. ſynchroni hoc eſt contemporanei fuerunt. quandoquidem circa olympiada quinquageſimam floruiſſe omnes fatentur. Ad eas artes con-

¶ Ad optimam eandemq; maximam auguſtam Eliſaben huius nominis tertiam Hiſpaniæ: Inſularumq; Maris noſtri Reginam Clariſſimam: Aelii Antonii Nebriſſenſis Grammatici in recognitionem Commẽtarioſq; introductionum ſuarũ: quas de ſermone latino bis ædiderat: præfatio incipitur.

THales ille Mileſius: qui fuit unus idẽ q; primus illorum ſeptem quos Græcia iactat ſapientiæ ſtudioſos. interrogatus aliquando quiſnam eſſet ſapiens: tempus inquit: ſubiecitq; e ueſtigio cauſam: quod omnia inueniat. Præclara me Hercule uox: & tali uiro digna ſententia: quæ declarat nullam eſſe artem ex iis quæ ſunt humano ingenio adinuente: quam non temporis longinquitas abſoluat. Hinc & Ariſtoteles tempus: inquit: rerum repertor eſt: adiutorq; probus. Vnde & artium facta ſunt additamẽta. Quod cum a Thalete primum deinde ab Ariſtotele poſt annos circiter tercentum dictum ſit: Cleobulus Lindius qui fuit prope Thaleti cõtemporaneus: ad

traxit: ideſt reſtrinxit: et ex genere ad ſpeciem reduxit. Que circa ſermones. i. quas greci logicas latini ſermocinales appellant. qualis eſt grammatice. i. quo in genere eſt habenda quoniam circa ſermonis congruitatem verſatur: quemadmodum Rhetorica circa ornatum. Dialectica circa veri falſiq; diſſertionem. Cuius. hoc eſt Cleobuli verba que ille ſoluta oratione dixit: nos addita metri neceſſitate redegimus in diſtichon ideſt in duos verſus hoc modo. Copia verborum rerumq; inſcitia verſat. etc. quaſi velit dicere: homines in adoleſcentia duabus rebus inuoluũtur: hoc eſt rerum ignoratione et verborum abundantia: ſed poſtea etate perficiuntur et ſapiunt. Quam ſententiam ſimilitudine quadam deinde exponit dicens: quod quemadmodum infrumento ſato multa procreantur: que nihil ad rem pertinent: quibus neglectis tantum ſemina leguntur: ſic homines cum rerum inſcitia tenentur: abundant verbis quaſi herbis floribuſq; quibuſdam cum vero incipiunt ſapientie grana legere: verborum illam redundantiam contemnunt. In frumenti ſatione ideſt in frumento iam ſato. Luxuries illa ſegetum: que ex nimia terre atq; anni fertilitate prouenit. In herba tenera depaſcendam. id debere fieri Plinius libro ſecundo naturalis hiſto. his verbis precipit. Luxuries ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba duntaxat: et depaſte quidem vel ſepius nullam in ſpica iniuriam ſentiunt. Maro precipit. Vergilij verba ſunt ex. j. Georgicorum libro quid qui ne grauidis procumbant culmus ariſtis luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Tunc calami ideſt poſt frumenti herbam calami procreantur. Ad certa. puta quaterna vel quinta internodia. Internodium appellatur illud quod duabus calami nodis hoc eſt geniculis continetur. Tum ſpice ideſt poſt calamos procreantur ſpice. Quarum gratia. id eſt cauſa vel fine. Natura ludens ac ſi dicat ocioſa qui modus loquendi frequens eſt. vt apud Plinium lib. x. cum de conchis ſcribit. in quibus ait: eſt magna ludentis nature varietas. Et in ſacris literis prouerbiorũ capitulo. viij. Ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarũ. et illud pſalmographi. Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei. cum quo quaſi per ocium luderet Quaſq;. ideſt ab agricolarum ſpe. M. Varronis verba ſunt in primo libro de re ruſtica. ſpica autem a ſpe nominata videtur: eam enim quod ſperant fore ſerunt. Tum vero ariſtis. eodem autore ſpica tria habet. granum. glumam et ariſtam. granum a gerẽdo dictum: quia vt id ſpica gerat frumentum ſeritur. gluma a glubẽdo: quod eo folliculo detracto deglubatur. hoc eſt detrahatur granum. Nam gluma proprie folliculus eſt eius fici quem edimus: et per tranſlationem frumenti ſiliqua vel vagina. Ariſta vero dicta quia prima areſcit. In etatis flore. ideſt in adoleſcentia. vt Iuuenalis flos Aſie ante ipſum precio maiore paratas. Ignoratione propter rerum inexperientiam abundant verbis: quod vitium ſimul etatis et ignorantie eſt. Temere aſſeuerant. ideſt ſine cauſa aſſeuerate affirmant. Quintilianus noſter. Vel quia Hiſpanus ex Calagurre citerioris Hiſpanie oppido: aut noſter quia latinus: aut quia hunc autorem in hoc potiſſimum opere ſecuti ſumus. verba Quintiliani oratoriarum inſtitutionum libro ſecundo ſunt. Prima eſt eloquentie virtus perſpicuitas: et quo quis ingenio minus valet: hoc ſe magis attolere ac dilatare conatur: vt ſtatura breues in digitos eriguntur: et plura infirmi minantur. Cum vero incipiunt econtrario dicit omnia ſenes facere. Minus minuſq;. contra id quod dixit magis abundant verbis. Nihil ſine temperamento illo forte contra id quod dixit. Temere aſſeuerant. Forte aduerbium temperamentum eſt philoſophorum Academiorum maxime: qui nihil affirmare audent. Taciturnitas. vnde Iuuenalis de ſimulatis philoſophis dixit. Rarus ſermo illis et magna libido tacendi. Loquacitas. a qua ſermo Hiſpanus eleganter. quemadmodum et multa alia. furioſos et inſanos appellat locos: quaſi locutuleios et loquaces. Hec idcirco. ex ſuperioribus colligit autor ſe tempore admonitum quedam introductionibus ſuis adieciſſe: quedam rurſus detraxiſſe: atq; licuiſſe ſibi in opere ſuo: quod licuit alijs in alieno atq; etiam in proprio opere facere. Princeps non princiſſa: aut principiſſa quemadmodum neq; duciſſa aut comitiſſa: vt indocti quidam dixerunt: cum princeps dux comes duorum generum communia ſint. Tam multis. ſubaudi verba repetita quaſi a longe petita. Quedam adiecimus. perpauca illa quidem et que ſuis locis reddenda ſunt. Que tempus ſubiecit. i. que inter legendum poſtea occurrerunt tempore illa ſuggerente atq; ſubminiſtrante. Quedam detraximus. ſed hec pauciora et que etatis ingraueſcentis ratio. ideſt ſenecta que pleriſq; grauis et moleſta videtur. vt Cicero in Catone maiori oſtendit. Elimare. ideſt lima veluti quadam detergere. An mihi non liceat. ſuperiorem concluſionem a prediccio arguens adhuc confirmat. In opere preſertim meo. ac ſi dicat licet hoc in opere alieno facere: ergo multo magis

eas artes contraxit: que ſunt circa ſermones: qualis eſt grammatice quam nos profitemur. Cuius ea de re uerba nos in diſtichon ſic redegimus.

Copia uerborum rerumq; inſcitia: uerſat
Mortales: tempus perficit atq; ſapit.

Et profecto ita res ſe habet. Nam quemadmodum in frumenti ſatione primo luxuries illa ſegetũ procreatur: quam in herba tenera depaſcendam eſſe. Maro præcipit: tunc calami ad certa quædam internodiatum ſpicæ quarum gratia nugas illas natura ludens produxerat: quaſq; ab agricolarum ſpe Marcus Varro dictas eſſe putauit. tum uero ariſtis folliculis neglectis grana ipſa deglubuntur: ſic in ætatis flore: in qua homines rerum prope omnium ignoratione tenentur: magis abundant uerbis: audacius loquuntur: temere aſſeuerãt: ut recte Quintilianus noſter dixiſſe uideatur: quo quiſq; ingenio minus ualet: eo ſe magis attollere ac dilatare conatur. quemadmodum ſtatura breues in digitos erigũtur. Cum uero incipiunt aliquid ſapere: minus minuſq; uerba effundunt: nihil ſine temperamento illo forte affirmant: ut iam nullum ſit maius ſapientiæ ſignum quam taciturnitas: quemadmodum e diuerſo nullum magis ignorantiæ quam loquacitas. Hæc idcirco ſunt a me clariſſima princeps tam multis repetita: ut nemo miretur ſi introductionũ latinarum æditioni ſecundæ cui nihil iam addi poſſe uidebatur: quædam adiecimus: quæ nobis interim tempus: rerum omnium inuentor: ſuggeſſit: quædam rurſus detraximus: quæ uidelicet ætatis iam ingraueſcentis ratio elimare ſuadebat. An mihi non liceat in opere præſertim meo facere: quod licuit multis ſacrarum atq; ſæcularium literarum

ſcriptoribus: qui non modo in aliorum libris quoſdam locos infamiæ nota inuſſerunt: uerumetiam in propria opera libros retractationum ædidere. Quod licuit nobis in eos qui ante nos artis grammaticæ præcepta tradiderunt. Quod deniq; poſteris meq; etiam uiuo & ſententie præſentibus licebit ut aliquid uelint operi meo addere: nonnihil etiam detrahere: quædam rurſus in alium ordinem commutare. Itaq; ego græcorum prudentiam quemadmodum cæteris in rebus in hac quoq; parte uehementer admiror: qui ſtatuis & imaginibus non ſcribebant (ut mos artificum eſt) Lyſippus fecit aut polycletus: ſed titulo impendenti. Lyſippus aut polycletus faciebat: ut contra iudiciorum uarietates ſupereſſet artifici regreſſus ad ueniam: uelut emendaturo quicquid deſideraretur: ſi non eſſet interceptus. Quid quod & illa quæ fuerunt ab Impreſſoribus & librariis detorta: cum prototypo meo: unde omnes codices emanarunt cõtuli: atq; ad lineam ueritatis quod aberrauerat q̃ diligentiſſime reduxi. Hos uero commentarios ædendi cauſa illa in primis fuit ꝙ cum multis in locis a uulgata præcipiendi uia diſceſſerim: reddenda fuit a nobis ratio: tum amicis tum etiam alienoribus: cur antiquorum iuniorumq; autoritate neglecta: præceptiones quaſdam auſus ſum in aliam formã commutare: quod cum poſſemus pluribus adhuc aliis in locis magno huius doctrinæ compendio facere: fecimus id quidem modice: uel intra modum potius: ne alicuius nouitatis eſſemus autores niſi ubi plurimum intererat hoc uel illo modo præceptiones quaſdam tradi. deinde quod cum introductiones noſtræ puerorum eruditioni ſcriptæ ſint: habenda fuit ratio ut eſ

hoc in proprio opere licebit. Sacrarum. quibus Chriſtiana religio continetur. Secularium. i. profanarum. nam quia profanum a noſtris in malam partem accipitur: pro eo quod non eſt ſacrum ſeculare dicunt: cũ omnis res aut ſacra ſit aut profana. ſeculare vero ſit quod ad ſeculum pertinet: vt ludi ſeculares: carmen ſeculare: quod vtrumqꝫ ſacrum eſt. Infamie nota. oſtendendo libros illos hereſim aut falſitatem aliquam continere. Inuſſerunt quaſi igne atqꝫ cauterio ſignum impreſſerunt: quod ſeruis erronibus aut fugitiuis fieri conſueuit. Libros retractationum. quemadmoduȝ Aurelius Auguſtinus qui in opera iam edita libros retractationum fecit. In eos qui ante nos. ideſt a quorum preceptis atqꝫ doctrina nonnunq̃ diſceſſimus. Poſteris. ideſt futuris. Meqꝫ viuo ⁊ ſentiente. ex Martiale ſumptum eſt: qui libro epigrammatum primo ſcribit. Cui lector ſtudioſe quod dediſti viuenti decus atqꝫ ſentiẽti. Itaqꝫ ego. ſuperioris adhuc concluſionis rationem exemplo grecorum confirmat: que in operibus ab aliqua arte profectis preterito imperfecto tempore ſubſcriptiones apponebant: illud ſignificare volentes: nullum eſſe mortale opus: cui non aliqd deſit quod tempore ſuppleri poſſit. In hac quoqꝫ parte. de qua ſum ſtatim dicturus. Statuis ⁊ imaginibus. ſtatue ex materia ſolida ſunt veluti auro: argento: ere: ligno: marmore. Imagines vero ſunt etiã ex coloribus. Ut mos artificum eſt. qui in baſibus ſtatuarũ tabularumqꝫ calcibus nomina ſua ſubſcribere cõſueuerunt. dummodo opera illa non eſſent publicis impẽſis facta. nam fuit lex: que adhuc hodie extat in codice Iuſtiniano: ne quid operi publico liceat inſcribere. Et Cicero lib. Thuſculanarum queſtionum primo. quid enim Phidias ſui ſimilem ſpeciẽ incluſit in clypeo Minerue: cum inſcribere non liceret? Lyſippus fecit aut Polycletus. tota hec clauſula pene ad verbum ex Plinij prefatione in lib. naturalis hiſtorie tranſlata eſt. Ex illis inquit nos velim intelligi pingiqꝫ conditoribꝰ quorum in libellis his inuenies abſoluta opera: ⁊ illa quoqꝫ que mirando non ſatiamur. pendenti titulo inſcripſiſſe. vt Apelles faciebat aut Polycletus: tanq̃ inchoata ſemper arte ⁊ imperfecta: vt contra iudicioꝝ varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad veniã: velut emendaturo quicquid deſideraretur: ſi non eſſet interceptus. Lyſippus ⁊ Polycletus. ſtatuarij fuerunt: quorum opera idem autor illuſtrabit libro trigeſimo quarto. Fecit tempore preterito perfecto: ne ſignificarent opera ſua fuiſſe ab illis abſoluta: quodqꝫ nihil illis addi poſſet quod ipſum magne inuidie haberetur: vt idem Plinius eſt autor. ſed titulo impendenti: quaſi tempore imperfecto. faciebat: aut pingebat. quod faciebant: vt ſupereſſet artifici regreſſus ad veniam: ideſt ex eo qđ populus de ſuis operibus iudicaret. ipſi opus emendarent. artifici inquam: velut emendaturo quicquid deſideraretur .i. deficeret. nam ⁊ hoc quoqꝫ ſignificat deſidero. Si non eſſet interceptus ideſt morte raptus. vt Lucanus in primo. abſtulit ad manes parcarum Iulia ſeua intercepta manu. Quid quod ⁊ illa. aliam quoqꝫ fuiſſe cauſam recognoſcendi ſecundam editionem dicit: quia fuerunt nonnulli: qui aut ignorantia aut auſu quodam temerario pleraqꝫ loca inuerterunt. Impreſſoribus ideſt qui libros torculis imprimunt: quos quidam chalcographos appellant: hoc eſt ereis literis cartas imprimendo ſcribentes. Librarijs: qui libros calamo vel penna ſcribunt: nam qui vendunt bibliopole dicuntur. Detorta ideſt a vero exemplo deprauata. Cum prototypo meo ideſt primo illo meo atqꝫ archetypo exemplari. Contuli ideſt comparaui. Et qđ aberrauerat ideſt a via recta deprauatum fuerat. Ad lineam veritatis ideſt ad regulam reduxi. Hos vero commentarios. hoc eſt ſecunda prologi pars: in qua duas affert cauſas: cur in introductiones ſuas autor hos commentarios ediderit. quarum prima eſt ꝙ reddenda fuit ratio cur ab antiquis grammaticis aliquando diſceſſerit. Amicis. q putabant a me fuiſſe ſcriptum quod nec ſuſpicatus quidem ſum aut cogitaui. Alienoribus ideſt non amicis: qui ſuam ignorantiam ſimul ⁊ maleuolentiam in meos libros tranſtulerunt. Multis in locis. ⁊ qui illi ſunt in ipſo commentariorum diſcurſu patebit. Antiquorum. puta Diomedis. Phoce Seruij. Priſciani. Donati. Iuniorum. puta Alexandri. Ebrardi. Catholici. ⁊ ex ijs qui ſuperſunt. Peroti verulani. Nigri. Mancinelli. Sed cum poſſemus. ſed id perparce dicit feciſſe cum poſſet adhuc alijs in locis idem facere. Compendio. i. breuiori via: ſicut diſpendium eſt vie ambages. Modice. i. cum modo. Intra modum. i. adhuc arctius quam in modo. Plurimum intererat. i. magnum compendium atqꝫ emolumentũ: vt ſi dicam huius doctrine lucrum faceret. Deinde ꝙ cum. hec eſt ſecunda cauſa cur commentarios hos ediderit: quia introductiones ille fuerunt ſimplices: quippe que puerorũ eruditioni ſcripte ſunt: nunc vero in hoc opere cum adultis: vel potius cum ipſis preceptoribus ſermo habendus eſt. Ingenio tumultum fa



UNIVERS SEVILLA

ceret. Horatianum eſt. ſtomachoqꝫ tumultum lenta feret pituita: vides vt pallidus omnis cena deſurgat dubia. Cū vero iam. quaſi dicat. cum erant pueri ac rudes in ſtudio literarum: danda fuit illis doctrina ſimplex ⁊ quaſi lac paruulis: vt apoſtolus ait. ſed prouectis ⁊ in etate progreſſis porrigendus eſt doctrine ſolidior quidam cibus. i. durior ⁊ numeroſior. i. magis varius. Lac pulpamentumqꝫ. adhuc in tranſlatione cibi ad doctrinam perſtat. vt lac pulpamētumqꝫ ſit doctrina ſimplex facilis. nam pulpamentum eſt corpus ſine oſſibus quod facile mandi conficiqꝫ dentib⁹ poteſt. oſſa vero ⁊ nerui ſunt difficultates doctrine ſecretioris: que non niſi a grandiuſculis penetrari percipiqꝫ poſſunt. Quare nō tam ex ſuperioribus infert cui lectori hos commentarios ſcripſerimus. Tue vero celſitudini. Hec eſt tertia pars prefationis in q̄ ponuntur rationes cur hoc opus celſitudini regie dedicatum ſit. Extremum laborem. quia nobis in animo eſt poſtea q̄ antiquitates Hiſpanienſes abſoluerimus: omne reliquum vite noſtre tempus in ſacris literis cōſumere. Quante ſit tibi cure: hec eſt ratio cur frontē perfricuit autor: vt rem tenuem atqꝫ ieiunam tāte maieſtati dedicarit: quod multis argumentis intellexit: q̄nta illi cura ſit ne rei Hiſpane hoc vnum ſermonis latini ornamentum deſit: tum quod in eo liberos erudiendos curet: tum q̄ omnes putant ſe rem iucundiſſimā illi facere: ſi dent operam literis precipuam. quodqꝫ iam a feminis expectatur: quod viri ante hac vix optare audebant. In hac diſciplina. hoc eſt grammatice: de qua nunc ſcribimus. Adoleſcentes. exoletos ⁊ purpuratos regios intelligit. Omnium etatū. quia etiam adulti iam hoc aggrediuntur. Alter ſexus. ſcilicet a virili hoc eſt muliebris. Nam quid ego. aliud quoqꝫ ſignum affert: cur huic maxime cure regina intendit: quod ad autorem dederit literas humaniſſime ſcriptas: quibus illū admonebat: vt introductiōes latinas e regione verſuum Hiſpanienſes faceret ad eum modum quem preſul Illiberritanus illi prefiniſſet. Quas literas quaſi dicat quam comiter atqꝫ clementer ſcriptas. Archiepiſcopus. Ferdinandus Talabrica regius ſenator atqꝫ illa tempeſtate preſul Abulenſis.

Illiberritanus. Illiberri vrbs eſt que noſtro ſeculo Granata dicitur queqꝫ annis ſuperioribus in deditionem Chriſtianorum venit: cum annos circiter octingentos ſub ditione Poenorū Mauritanorumqꝫ fuerit. E regione id eſt ex oppoſito. hoc eſt vt ſermo Hiſpanienſis ſit poſitus contra latinum. Hiſpanienſes vero dixit non Hiſpanas: quia introductiones ille in Hiſpanum ſermonē non vſqꝫ adeo migrare potuerūt: vt non maximam latinitatis partem retinuerint. nam Hiſpanum eſt quod in Hiſpania atqꝫ ex Hiſpania eſt. Hiſpanienſe vero quod non penitus Hiſpanum: ſed aut in Hiſpania ab extremis geritur: vt bellum Hiſpanienſe quod a Romanis in Hiſpania: aut extra Hiſpaniam ab Hiſpanis: vt Collegiū Hiſpanieſe: quod eſt Bononie ab immortalis memorie viro Egidio Albornozio. S. R. E. Cardinali Hiſpano fundatum. Quam differentiam videtur obſeruare Martialis cū in epiſtola duodecima libri epigrammaton ſcripſit: ſe mittere Romam librum iam non hiſpanienſem ſed hiſpanum. Nam cum ſuperiores libri magna ex parte fuiſſent Rome conſcripti: quia ab homine hiſpano hiſpanienſes poterant appellari. at vero duodecimus q̄ in hiſpania ⁊ ab homine hiſpano recte hiſpanus dici debuit. Nemo igitur me. ex ſuperioribus autor concludit ſe non ambitioſe feciſſe: quod opus de rebus leuiſſimis qualis eſt grāmatice: tante principi dedicauerit: cum preſertim ab ipſa per literas fuerit admonitus: vt iiſdem de rebus ſcriberet. Neqꝫ petulanter. cum grammatice non debeat res parua iudicari quod multis rationibus confirmat. Ambitioſe. hoc eſt quod nos inſinuauerimus regie familiaritati: vt honores aut aliquam bonam gratiam aucuparemur: a qua ſuſpitione ſe purgat cum dicit ſe iuſſum iiſdem de rebus ſcripſiſſe. Petulanter. id eſt impudenter ⁊ procaciter. quod videlicet illepidum fuerit donum quod eſt de rebus leuiſſimis ⁊ parui precij: quod tamen excuſatur oſtendendo rei literarie dignitatem. Ille inquit. Quintilianus eſt: qui oratoriarum inſtitutionum lib. j. hoc ſcribit. An vero eſt qui. neceſſitatem ſimul ⁊ dignitatem huius artis oſtēdit. Sermo continetur. nam hoc preſtat ars: vt ſermoni vitium aliq̄d irrepere nō poſſit. Sacramēta. ⁊ myſteria ⁊ ſacra ſecreta. Quaſi depoſitū. hoc ex Quintiliano quoqꝫ de

ſent quam ſimpliciſſimæ: ne quaſi ciborum redundantia ſtomacho: ſic præceptorum uarietas illorū ingenio tumultum faceret. Cum uero iam in literis aliquantulum progreſſi ſunt: quaſi ſolidior quidam numeroſiorq; cibus eſt illis porrigendus: ut non modo lac pulpamentumq; deguſtent: uerum etiam oſſa neruoſq; poſſint obrodere. Quare non tam cum rudibus nouiciiſq; rei literariæ profeſſoribus: quam cum prouectis uel potius cū magiſtris ipſis ſermo mihi in his commentariis habendus eſt. Tuæ uero celſitudini extremum hunc artis grammaticæ laborem meum dedicandi illa ratio maxime fuit: quod nemo eſt qui nō intelligat quātæ ſit tibi curæ rem publicam hāc Hiſpanam cum cæteris rebus: tum uel præcipue in re literaria quā florentiſſimam efficere. Quanta diligentia dulciſſimos liberos tuos in hac diſciplina erudiendos curaueris. Quam tibi ſit iucundum quod non modo adoleſcentes nobiliſſimi: qui ſunt tuo miniſterio dedicati: uerumetiam reliqui omnes omniū ætatum atq; ordinum homines dent operam uel præcipuam literis: quas ante hac quaſi nimis delicatas atq; animorum eneruatrices oderant. Quodq; alter ſexus de ſe iam præſtat: quod uiri ante hac uotis omnibus uix audebant exoptare. Nam quid ergo referam quas ad me literas ab hinc ſeptenniū celſitudo tua dedit? Quas præterea mihi Archiepiſcopus Illiberritanus ex tuis uerbis atq; ſententia reddendas curauit: ut introductiōes meas quas de ſermone latino ædideram: e regione uerſuum Hiſpanienſes faceremus. Nemo igitur me æquus iudex ambitioſe atq; petulanter feciſſe iudicabit: q̄ leuiſſimis de rebus ſcribens uigilias meas auſus ſum maieſtati regiæ dedicare: cum p̄ſertim quicquid illud eſt quod elaboramus: tuis auſpiciis tuoq; imperio ſimus aggreſſi neq; ut ille inquit: exiſtimari parua debeant ſine quibus magna cōſtare non poſſunt. An uero eſt qui paruam audeat artem illam appellare: quū ſermo latinus continetur? in quo religionis noſtræ imprimis ſacramenta quaſi depoſi-

ductum eſt:qui de literis ſcribens ait:hic eſt vſus literarum vt cuſtodiant voces:⁊ velut depoſitum reddant legentibus.nam depoſitum perfecte ſeruandum:⁊ cum repoſcitur ſumma fide reddendum eſt. Coagmentata. coniuncta

tum quoddam fideliſſime ſeruantur? Quæ cum reliquis omnibus diſciplinis ita eſt coagmentata : ut nec ab aliis facile ſecerni:illæ uero ab hac quemadmodum diſiungantur:nec intelligi ullo modo poſſit. Nam oro te atq; per deum immortalē obteſtor: quotam ſibi uitæ noſtræ partem reliq̄ omnes diſciplinæ uendicant? Quoties in eum ſermonem incidimus:ut de numeris magnitudinibuſq;.quoties ut de uocum aſtrorumq; ratione.quoties ut de moribꝰ rerumq; natura? quoties ut de medicina deq; ciuilis & pontificii iuris ſcientia?quoties ut de religiōe atq; de re diuina diſputemus? At uero grammatice om̄i in loco omniq; tempore ita præſto eſt : ut ſi quid legas:ſi quid ſcribas:ſi cum alio loquaris:ſi deniq; tecum ipſe quid cogites:ſine illa efficere nullo modo poſſis. Atq; ut de illa Fabius ueriſſime ſcripſit: neceſſaria eſt pueris:iucunda ſenſibus:dulcis ſecretorum ſcholarum temporibus:ſed uita terminatur. Et q̄ſq̄ eſt adeo ſtupidus & a communi ſenſu alienus:qui audeat hanc artem tenuem atq; ieiunam appellare : & indignam:cuius libri auguſtæ noſtræ debuerint dicari:cum uideamus non modo uiros ſummo ingenio ſingulari quæ doctrina ꝑditos:huius diſciplinæ opera maximis principibus dedicaſſe:uerum etiam duces ipſos imperatoreſq; in media totius orbis terrarum adminiſtratione occupatos: uolumina iiſdē de rebus ſcripta reliquiſſe? Sed ego demens : qui de re iam pridem celſitudini tuæ compertiſſima pluribus diſputem. Illud modo tantum hic dicam : q̄d alio in loco magna ſcholaſticorum frequentia reſtatus ſum:tuum atq; dulciſſimi coniugis tui præſidium implorans. Vos:inquam:clariſſimi atq; inuictiſſimi principes : quorum ductu auſpiciiſq; totius Hiſpaniæ membra diſſipata in unum prope corpus rediere:curate obſecro ne fœlicitati quā noſtro ſæculo dediſtis hoc unum latini ſermonis ornamentū deſit ampliſſimum.

⁊ conglutinata. Nec ab alijs.nam in hoc eius dignitas oſtenditur quod ab alijs omnibus eſt abſoluta cū relique ſine illa conſiſtere non poſſint. Nam oro te. neceſſitatem huius artis demōſtrat:q̄ nulla vite pars illius officio vacare poteſt:cum relique omnes raro in vſum veniant. Quotam.interrogatiue:quaſi dicat minimam:quia raro de illis fit ſermo cum ſine hac nec momento:vt ſic dixerim:temporis eſſe poſſimus. De numeris:quod eſt arithmetice opus.De magnitudinibus:quod eſt geometrie. De vocum ratione.de quibus eſt muſica. Aſtrorum de quibus eſt aſtrologia. De moribus.quod ad ethicen pertinet. De rerum natura:quod ad phyſicen pertinet. De re diuina:que dicitur grece theologia. Ita preſto eſt.id eſt preſens. Ut ſi quid legas:hic locus ex prooemio Ciceronis in libro de officijs tranſlatus eſt, Nulla inquit vite pars:neq; publicis:neq; priuatis:neq; forenſibus: neq; domeſticis in rebus:neq; ſi tecum agas q̄d : neq; ſi cum altero contrahas:vacare officio poteſt. Fabius.M.Fabius Quintilianus:qui oratoriarum inſtitutionum libro hoc ſcribit. Iucunda ſenibus.quia etiam citra neceſſitatem:altiſſimam quoq; eruditionem exercere poteſt. Dulcis ſecretorum comes : quia per illam dulces curas:cogitationeſq; noſtras literis mandamus. Cuius amor:id eſt voluptas que ex illa percipitur:non terminat̄ dū in ſcholis verſamur ſed morte ſola. Et quiſq̄ eſt. ad prefationis epilogū accedit. A communi ſenſu.non quemadmodum phyſici qui potentiam illam ſuperiorem quinq; ſenſibus communem ſenſum. Sed vt Cicero:pro eo in quo plerique omnes ſapientes conueniunt. Sic Quintilianus in primo.ſenſum ipſum qui communis dicitur: vbi diſcet. cum ſe a congreſſu ſegregarit. Seneca in epiſtolis.hoc philoſophia promittit ſenſum communem ⁊ humanitatem. Horatius. communi plane ſenſu caret. Tenuem atq; ieiunam.id eſt aridam ⁊ ſterilem. Maximis principibus:vt Iulius pollux ad cōmodum. Ceſarem de vocabulis atq; arte grammatica. Duces imperatoreſq;.vt Ceſar qui de analogia libros ſcripſit. Compertiſſima:id eſt certa ⁊ explorata. Alio in loco in repetione ſecunda in qua de literis diſputauimus.

Fr Antonius [illegible] Martinez [illegible] professus Ann: Dni 1663 [illegible]

# Prologus.

## SVPPOSITVM DE AVTORIBVS GRAMMATICAE latinæ in quo doctiſſimus quiſq; conſentit.

SED QVIA NOSTRI SAECVLI SCRIPTORIBVS eatenus fides adhibẽda eſt: quatenꝰ ea q̃ nobis afferunt, rõne ꝓbauerint nemoq; eſt adeo imperitus: qui iam nõ intelligat antiquis autoribꝰ ideo aſſentiẽdum eſſe: quia ſic locuti ſunt. Iunioribus uero quia quod nobis perſuadere uolunt: illorum autoritate freti probare contendũt: neceſſarium eſſe duxi hoc in loco demonſtrare quantum fidei ſcriptorum cuiq; ſit habendum. Neq; enim omnibus illis paſſim atq; indifferenter credere debemus: ſed illis duntaxat: qui floruerunt intra ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antonium Pium: hoc eſt ante Chriſtianum natalem annis centum ad centeſimum quinquageſimum ex quo ſalutem Chriſtianam numeramus. Nam & latinus ſermo quemadmodum & cætera mortalia aliquando incepit: habuitq; ſuam infantiam: in qua uix quicq̃ effari potuit. Sic locuti ſunt ab Origenes primum cum Faunis Vatibusq;. Sic deinceps Latini & Albani. Sic poſtea Romani ad annum quartumdecimum ſupra quingenteſimum ab urbe condita: quo Liuius Liuii ſalinatoris libertus fabulam primus latinis uerſibus ædidit. Hunc ſecuti ſunt ex poetis Ennius. Nęuius. Plautus. Cæcilius. Terentius. Pacuuius. Lucillius. Actius. Turpilius. Affranius. Tintinnius. Lucius. Laberius. Pomponius. Ex Oratoribus. Cethægus. Cato. Sex: Aelius. Gallus. Scipiones Naſica & duo Aphricani. Gracchi pater & duo filii. Lælius aliiq; complures: quos Cicero in libro de claris oratoribus ad ſua uſq; tẽpora commemorat. Ex iure conſultis. Papyrius. Appii duo. Coruncanus. Attilius. Manilius. Brutus. Rutilius. Virginius. Antipater. L. Craſſus. Q. Mutius. Lucillius. Iuuentius. Fuerit atq; hæc latini ſermonis pueritia: in qua multa quidem emendate atq; diligenter: plæraq; tamen nimis antique duriterq; dicta ſunt. At uero illius iuuenta: in qua & lacertos mouere & uires ſuas oſtentare cœpit: cum Cicerone orta eſt: cœpitq; cum Cæſare Hadriano conſeneſcere. Hac ætate fuerunt autores illi qui latinã linguam locupletarunt: quoſq; imitandos eſſe dicimus. Ex poetis Catullis. P. Varro. Lucretius. Vergilius. Horatius. Manilius. Tibullus. Propertius. Ouidius. Germanicus. Auienus. Macer. Perſius. Seneca. Lucanus. Valerius. Flacus. Silius. Italicus. Martialis. Iuuenalis. Papinius. Ex Oratoribus uariarum rerum ſcriptoribus. Cicero. Cæſar. Brutus. Seruius. Sulpitius. Pollio. M. Varro. Nigidius. Cato Vticenſis. Cælius. Victruuius. Columela. Celſus. Iginius. Pedianus. Feſtus. Marcellus. Mela. Apicius: uterq; Seneca. uterq; Plinius. Quintilianus. Ex Hiſtoricis uero. Saluſtius. Nepos. Liuius. Valeriꝰ maximus. Feneſtella. Solinus. Iuſtinus. Tranquillus. Tacitus. Curtius. Florus. Aemilius. Ex iurecõſultis. Alphenus. Offilius, Aufidius. Nam uſa. Flauius. Proculus. Antiſtius. Gellius. Trebatius. Caſſellius. Tubero. Capito. Caſius. Sabini duo. Labeones tres. Nerua pater & filius. Pegaſus. Iabolenꝰ. Celſus. Neratius. Alburnus. Iulianus. Poſt Hadrianum cœpit in dies latinus ſermo languere & quodam quaſi ſenio contabeſcere quod nimis factum eſt ſub aduentum Gotthorum in Italiã regnumq; Longobardorum ad fatalem illam totius humani generis peſtem Mahumetam: quæ cum omnibꝰ ingenuis & bonis artibus ſermonem quoq; latinum intercepit. Hanc igitur recte dixerimus latinæ linguæ ſenectutem: quæ cum annos prope quadringentos quinquaginta ægre ſpiritum duxiſſet: tãdem cum Imperio populi Romani extincta eſt. Hoc temporum interuallo pauci admodũ reperiunt̃ autores tolerabiles illi quidem: ſed qui nullo modo cum ſuperioribus debeant comparari. Ex poetis & Grammaticis aliarumq; rerum ſcriptoribus. Auſonius. Claudianus. Serenus. Diomedes. Phocas. Cellius. Macrobius. Acron Porphirion. Victorinus. Donatus. Sergius. Seruius. Priſcianus. Apuleiꝰ Socraticus. Apuleius gramaticus. Vegetius. Frontinus. Ex Hiſtoricis. Spartianus. Capitolinꝰ. Trebelius. Lampridius. Volcatius. Vopiſcus. Eutropius. Damaſus. Oroſius. Ex iureconſultis. Arrianus: Aphricanus. Arcadius. Caius Caliſtratus. Florentinus. Largus. Hermogeneſis. Martianus. Modeſtinus. Marcellus. Mela Papinianus. Paulus. Scæuola. Tryphonius. Venulcius. Vulpianus. Ex iis qui ꝓ religione noſtra ſcripſerunt. Tertullianus. Iuuencus. Cyprianus. Lactantius. Ambroſius. Hieronymus. Auguſtinus. Ruffinus. Sedulius. Licinius. Prudentius. Sidonius: Boetius. Caſſiodorus. Gregorius. Iſidorus. Proſper: Qui ſequuntur quod ad latini ſermonis rationem attinet: nec digni quidem ſunt: quorum meminiſſe deceamus. Qui autores cum ſint in triplici temporum diuerſitate poſiti: illorum tantum autoritate nitemur: qui fuerunt medii.

¶ Prima nominis declinatio.

Nominatiuo hæc muſa.
Genitiuo muſæ.
Datiuo muſæ.
Accuſatiuo muſam.
Vocatiuo o muſa.
Ablatiuo a muſa.
Plurali ntõ muſæ.
Gtõ muſarum.
Dtõ muſis.
Accuſatiuo muſas.
Vocatiuo o muſæ.
Ablatiuo a muſis.

¶ Secunda declinatio.

Ntõ hic dominus.
Gtõ domini
Dtõ dño.
Accuſatiuo dñm.
Vocatiuo o domine.
Ablatiuo a dño.
Plurali nominatiuo dñi.
Genitiuo dñorum.
Datiuo dominis.
Accuſatiuo dños.
Vocatiuo o dñi.
Ablatiuo a dominis.
Nominatiuo hoc templum.
Genitiuo templi.
Datiuo templo.
Accuſatiuo templum.
Vocatiuo o templum.
Ablatiuo a templo.
Plurali nominatiuo templa.
Genitiuo templorum.
Datiuo templis.
Accuſatiuo templa.
Vocatiuo o templa.
Ablatiuo a templis.

¶ Tertia declinatio.

Nominatiuo hic ſermo.
Genitiuo ſermonis.
Datiuo ſermoni.
Accuſatiuo ſermonem.
Vocatiuo o ſermo.
Ablatiuo a ſermone.
Plurali nominatiuo ſermones.
Genitiuo ſermonum.
Datiuo ſermonibus.
Accuſatiuo ſermones.
Vocatiuo o ſermones.
Ablatiuo a ſermonibus.
Nominatiuo hoc tempus.
Genitiuo temporis.
Datiuo tempori.
Accuſatiuo tempus.
Vocatiuo o tempus.
Ablatiuo a tempore.
Plurali nominatiuo tempora.
Genitiuo temporum.
Datiuo temporibus.
Accuſatiuo tempora.
Vocatiuo o tempora.
Ablatiuo a temporibus.

¶ Quarta declinatio.

Nominatiuo hic ſenſus.
Genitiuo ſenſus.
Datiuo ſenſui.
Accuſatiuo ſenſum.
Vocatiuo o ſenſus.
Ablatiuo a ſenſu.
Plurali nominatiuo ſenſus.
Genitiuo ſenſuum.
Datiuo ſenſibus.
Accuſatiuo ſenſus
Vocatiuo o ſenſus.
Ablatiuo a ſenſibus.
Nominatiuo hoc ueru.
Genitiuo ueru.
Datiuo ueru.
Accuſatiuo ueru.
Vocatiuo o ueru.
Ablatiuo a ueru.
Plurali nominatiuo uerua.
Genitiuo ueruum.
Datiuo uerubus.
Accuſatiuo uerua.
Vocatiuo o uerua.
Ablatiuo a uerubus.

¶ Quinta declinatio.

Nominatiuo hic dies.
Genitiuo diei.
Datiuo diei.
Accuſatiuo diem.
Vocatiuo o dies.
Ablatiuo a die.
Plurali nominatiuo dies.
Genitiuo dierum.
Datiuo diebus.
Accuſatiuo dies.
Vocatiuo o dies.
Ablatiuo a diebus.

¶ Adiectiua primæ & ſecundæ.

Nominatiuo bonus bona bonũ.
Genitiuo boni bonæ boni.
Datiuo bono bonæ bono.
Accuſatiuo bonum bonam bonum.
Vocatiuo o bone bona bonum.
Ablatiuo a bono bona bono.
Plurali nominatiuo boni bonæ bona.
Genitiuo bonorum bonarum bonorum.
Datiuo bonis.
Accuſatiuo bonos bonas bona.
Vocatiuo o boni bonæ bona
Ablatiuo a bonis.

¶ Adiectiua tertiæ.

Nominatiuo hic & hęc & hoc prudens.
Genitiuo prudentis.
Datiuo prudenti.

Accuſatiuo prudens.
Vocatiuo o prudens.
Ablatiuo a prudente uel prudenti.
Plurali ntõ prudentes & prudentia.
Gtõ prudentium uel prudentum.
Dtõ prudentibus.
Accuſatiuo prudentes uel prudentia.
Vocatiuo o prudentes uel prudentia.
Ablatiuo a prudentibus.
Ntõ hic & hæc breuis & hoc breue.
Gtõ breuis.
Dtõ breui.
Accuſatiuo breuem & breue.
Vocatiuo o breuis & breue.
Ablatiuo a breui.
Plurali nominatiuo breues & breuia.
Genitiuo breuium.
Datiuo breuibus.
Accuſatiuo breues & breuia.
Vocatiuo o breues & breuia.
Ablatiuo a breuibus.
Nominatiuo hic & hæc breuior & hoc breuius.
Genitiuo breuioris.
Datiuo breuiori.
Accuſatiuo breuiorem & breuius.
Vocatiuo o breuior & breuius.
Ablatiuo a breuiore uel breuiori.
Plurali nominatiuo breuiores & breuiora.
Genitiuo breuiorum.
Datiuo breuioribus.
Accuſatiuo breuiores & breuiora.
Vocatiuo o breuiores & breuiora.
Ablatiuo a breuioribus.
Nominatiuo hic acer hæc acris hoc acre.
Genitiuo acris.
Datiuo acri.
Accuſatiuo acrem & acre.
Vocatiuo o acer acris & acre.
Ablatiuo ab acri.
Plurali nominatiuo acres & acria.
Genitiuo acrium.
Datiuo acribus.
Accuſatiuo acres & acria.
Vocatiuo o acres & acria.
Ablatiuo ab acribus.

¶ Irregularia.

Nominatiuo hęc domus
Genitiuo domi uel domus.
Datiuo domui.
Accuſatiuo domum.
Vocatiuo o domus.
Ablatiuo a domo.
Plurali nomino domus.
Genitiuo domorum uel domuum.
Datiuo domibus.
Accuſatiuo domos uel domus.
Vocatiuo o domus.
Ablatiuo a domibus.
Plurali nominatiuo duo duæ duo.
Genitiuo duorum duarum duorum.
Datiuo duobus duabus duobus.
Accuſatiuo duos uel duo duas duo.
Vocatiuo o duo duæ duo.
Ablatiuo a duobus duabus duobus.
Plurali nominatiuo ambo ambæ ambo.
Genitiuo amborum ambarum amborum.
Datiuo ambobus ambabus ambobus.
Accuſatiuo ambos uel ambo ambas ambo.
Vocatiuo o ambo ambæ ambo.
Ablatiuo ab ambobus ambabus ambobus.
Nominatiuo hoc plus.
Genitiuo pluris.
Datiuo pluri.
Accuſatiuo plus.
Vocatiuo o plus.
Ablatiuo a pluri.
Plurali nominatiuo plures & plura.
Genitiuo plurium.
Datiuo pluribus.
Accuſatiuo plures & plura.
Vocatiuo o plures & plura.
Ablatiuo a pluribus.

¶ Pronominis prima declinatio.

Nominatiuo ego.
Genitiuo mei.
Datiuo mihi uel mi.
Accuſatiuo me.
Ablatiuo a me.
Plurali nominatiuo nos.
Genitiuo noſtram uel noſtri.
Datiuo nobis.
Accuſatiuo nos.
Ablatiuo a nobis.
Nominatiuo tu.
Genitiuo tui.
Datiuo tibi.
Accuſatiuo te.
Vocatiuo o tu.
Ablatiuo a te.
Plurali nominatiuo uos.
Genitiuo ueſtrum uel ueſtri.
Datiuo uobis.
Accuſatiuo uos.
Vocatiuo o uos.
Ablatiuo a uobis.
Genitiuo ſui.
Datiuo ſibi.
Accuſatiuo ſe.
Ablatiuo a ſe.
Plurali genitiuo ſui.
Datiuo ſibi.
Accuſatiuo ſe.
Ablatiuo a ſe.

¶ Secunda ꝑnominis declinatio.

Nominatiuo hic hæc hoc.
Genitiuo huius.

Datiuo huic.
Accuſatiuo hunc hanc hoc.
Ablatiuo ab hoc hac hoc.
Plurali ntõ hi hæ hæc.
Gtõ horum harum horum.
Dtõ his.
Accuſatiuo hos has hæc.
Ablatiuo ab his.
Ntõ iſte iſta iſtud.
Gtõ iſtius
Dtõ iſti.
Accuſatiuo iſtum iſtam iſtud.
Ablatiuo ab iſto iſta iſto.
Plurali nominatiuo iſti iſtæ iſta.
Genitiuo iſtorum iſtaꝝ iſtorum.
Datiuo iſtis.
Accuſatiuo iſtos iſtas iſta.
Ablatiuo ab iſtis.
Nominatiuo ille illa illud.
Genitiuo illius.
Datiuo illi.
Accuſatiuo illum illam illud.
Ablatiuo ab illo illa illo.
Plurali nominatiuo illi illæ illa.
Genitiuo illoꝝ illarum illorum.
Datiuo illis.
Accuſatiuo illos illas illa.
Ablatiuo ab illis.
Nominatiuo ipſe ipſa ipſum.
Genitiuo ipſius.
Datiuo ipſi.
Accuſatiuo ipſum ipſam ipſum.
Ablatiuo ab ipſo ipſa ipſo.
Plurali nominatiuo ipſi ipſæ ipſa.
Genitiuo ipſorum ipſarum ipſorum.
Datiuo ipſis.
Accuſatiuo ipſos ipſas ipſa.
Ablatiuo ab ipſis.
Nominatiuo is ea id.
Genitiuo eius.
Datiuo ei.
Accuſatiuo eum eã id.
Ablatiuo ab eo ea eo.
Plurali nominatiuo ei uel ii eæ ea.
Genitiuo eorum eaꝝ eorum.
Datiuo eis uel iis.
Accuſatiuo eos eas ea.
Ablatiuo ab eis uel iis.

¶ Tertia pronominis declinatio.

Nominatiuo meus mea meum.
Genitiuo mei meæ mei.
Datiuo meo meæ meo.
Accuſatiuo meum meã meum.
Vocatiuo o mi mea meum.
Ablatiuo a meo mea meo.
Plurali nominatiuo mei meæ mea.
Genitiuo meorum meaꝝ meorum.
Datiuo meis.
Accuſatiuo meos meas mea.
Vocatiuo o mei meæ mea.
Ablatiuo a meis.
Nominatiuo tuus tua tuum.
Vocatiuo caret.
Ntõ ſuus ſua ſuum.
Vocatiuo caret.
Ntõ noſter noſtra noſtrum.
Vocatiuo o nr̃ nr̃a nr̃m.
Ntõ ueſter ueſtra ueſtrum.
Vocatiuo caret.

¶ Quarta pronominis declinatio.

Nominatiuo hic & hæc & hoc noſtras.
Genitiuo noſtratis.
Datiuo noſtrati.
Accuſatiuo noſtratem & noſtras.
Vocatiuo o noſtras.
Ablatiuo a noſtrati.
Plurali nominatiuo noſtrates & nr̃atia.
Genitiuo noſtratium.
Datiuo noſtratibus.
Accuſatiuo nr̃ates & nr̃atia.
Vocatiuo o nr̃ates & noſtratia.
Ablatiuo a noſtratibus.
Nominatiuo hic & hęc & hoc ueſtras.
Vocatiuo caret.

## ¶ Nomina per ſecundã declinationem pnominis declinata.

Ntõ unus una unũ. unius uni.
Ntõ nullus nulla nullum: nullius nulli.
Ntõ ſolus ſola ſolum. ſolius ſoli.
Ntõ totus tota totum. totius toti.
Ntõ alius alia aliud. alius ali.
Ntõ alter altera alterum: alterius alteri.
Ntõ uter utra utrum: utrius utri.
Ntõ neuter neutra neutrum: neutrius neutri.
Ntõ uterq̧ utraq̧ utrumq̧: utriuſq̧ utriq̧.
Ntõ quis uel qui quæ quod uel quid.
Genitiuo cuius.
Datiuo cui.
Accuſatiuo quẽ quã quõ uel quid.
Ablatiuo a quo qua quo uel qui.
Plurali nominatiuo qui quæ que.
Genitiuo quorum quarum quorum.
Datiuo quis uel quibus.
Accuſatiuo quos quas quæ.
Ablatiuo a quis uel quibus.

# Coniugatio.

¶ Compoſita a quis uel qui.

Quiſq; quæq; quodq; uel quidq;. cuiuſq;.
Quiſquis quicquid in nominatiuo & accuſatiuo tantum.
Quiſnam quænam quodnam uel quidnam. cuiuſnam.
Quiſpiam quæpiam quodpiam uel quidpiam. cuiuſpiam.
Quiſquam quæquam quodquam uel quidquam. cuiuſquam.
Quiſputas quæputas quodputas uel quidputas. cuiuſputas.
Quicũq; quæcũq; quodcũq; uel quidcunq;. cuiuſcunque.
Quidam quædam quoddam uel quiddam. cuiuſdam.
Quilibet quælibet quodlibet uel quidlibet. cuiuſlibet.
Quiuis quæuis quoduis uel quiduis. cuiuſuis.
Aliquis aliqua aliquod uel aliquid. alicuius.
Ecquis ecqua ecquod uel ecquid. eccuius.
Nequis nequa nequod uel nequid. necuius.
Nunquis nunqua nunquod uel nunquid. nũcuius.
Siquis ſiqua ſiquod uel ſiquid. ſicuius.
Vnuſquiſque unaquæque unumquodque uel unumquidque.

# Coniugatio.

IN coniugatione uerboꝝ explicanda uiſum eſt quædam tempora adiicere. ductique ſumus ad id faciendũ tũ antiquoꝝ autoritate: tũ ratione: tũ etiam neceſſitate. Adiecimꝰ inq̃ in indicatiuo alteꝝ futuꝝ in voce ſimile futuri ſubiũctiui. Imperatiuo in vtroq; tempore adiecimꝰ voces alteras ſimiles futuro optatiui: alteras ſimiles preterito aut futuro ſubiũctiui. Optatiuo pterea adiecimꝰ duo tpa. Infinitiuo futuꝝ propriũ vltra duo illa circũloquia q̃ vulgo habentur. Qđ ſi qs dixerit fruſtra hec tpa fuiſſe adiecta: cũ ad alioꝝ modoꝝ tpa reduci poſſint: fruſtra igiť futuꝝ optatiui ponimꝰ: q: ſimilis eſt in voce pſenti ſubiũctiui. Fruſtra quaſdã imperatiui perſonas: cũ ſimiles ſint eiuſdem ſubiũctiui partibus perſonis. Non igiť per voces diſtinguunť tpa atq; modi verboꝝ. ſed ratione ſignificationis: quemadmodũ in dictionibꝰ per caſus declinatis: caſus ⁊ numeri non vocibꝰ ſed ſignificationibꝰ diſtinguunť. alioqui ntũs ⁊ vctũs idem eſſent caſus: q: plerũq; ſimiliter deſinũt. ablt̃us ⁊ ſeptimꝰ caſus vtriuſq; numeri dt̃us quoq; ⁊ ablt̃us plurales q: ſemper eodem modo terminanť. Qđ ſi multo commodius eſt verboꝝ qualitates cũ ſuis tempoꝛibꝰ diſtincte poni: etiam ſi aliqđ interim addiſcentibꝰ diſpendiũ fuerit: q̃ omnia miſcere atq; inculcare: id qđ Joannes paſtrana fecit ↄfundendo modos cũ tpibꝰ. ↄſulamꝰ boni: atq; patiamur hanc tantulã moꝛã: q̃ ſit nobis poſtea magnã allatura vtilitatem. Adiecimꝰ inq̃ in indicatiuo tp̃s futuꝝ qđ perfectũ dicimꝰ: qm̃ alteꝝ qđ eſt in vſu freq̃ntioꝛi impfectũ dici opoꝛtet. Nam q dicit ego amabo vxoꝛem nihil aliud deſignat q̃ futuꝝ eſſe tempꝰ in quo vxoꝛem amare inchoabit. quemadmodũ q dicit amo ⁊ amabam. Qui vero dicit amauero non minꝰ impoſiturũ eſſe finez vxoꝛis amande ſignificat q̃ ſeq dicit ego amaui ⁊ ego amaueram. ⁊ ne p libidine nr̃a hoc dixiſſe videamur. attulimꝰ. M. varronis verba ex ſcđo de analogia libro. q̃dam inq̃t ſunt tpa impfecta. vt diſco. diſcebã. diſcã. q̃dã vero pfecta. vt didici. didicerã. didicero. Uides inter tpa voceſq; indicatiui modi a Uarrõe poſitũ didicero in futuro pfecto. qđ eſt ſile futuro ſubiũctiui modi. Quare ſi qs dixerit cũ didicero bucolica. Uerg. ceſſabo a laboꝛe. ſubiũctiuꝰ eſt. Qđ ſi dixerit intra decem dies didicero bucolica Uerg. indicatiuꝰ eſt. Et quemadmodũ alibi diximꝰ pluſq̃ pfectũ indicatiui modi poni p pterito pfecto ſi nõ ad aliđ pteritũ referať: ad nũc dicimꝰ de futuro pfecto. vt eiꝰ manifeſta ſignificatio appareat. indigere altero futuro ad qđ referať. Ut: Cicero in epl̃is ad Appiũ. ⁊ ſic cũ tu in puinciam veneris ego annũ munꝰ ↄfecero. id eſt a me ↄfectũ erit. Impatiui quoq; modi ſcđis pſonis pſentis tpis vtriuſq; numeri voces futuri optatiui earũdem perſonaꝝ ſiles adiecimꝰ. vt ama vel ames. amate vel ametis. Terentiꝰ in heautõ. ſolicitudinẽ iſtam q̃ te excruciat. omittas. qđ tñ ſignificat quantũ omitte. Horatiꝰ. iij. carmi. Per meos fines ⁊ apzica rura lenis incedas. abeaſq; in paruis equus alũnis. qđ valet incede. ⁊ abi. Jam cũ negatione phibẽdo freq̃ns eſt hic dicẽdi modus vt ne neges. ne facias. ne dicas. pro ne nega. ne fac. ne dic. Nam pꝛohibitiuus modus ad imperatiuũ referť. quod phibere quodammodo eſt imperare. Sed ⁊ alias ſignificationes hic modꝰ habet. Eſt eñ ⁊ pꝛecatiuꝰ. Uergiliꝰ. Parce pio generi. ⁊ propius res aſpice noſtras. Eſt ⁊ exhoꝛtatiuus. vt o iuuenes tectis ſuccedite noſtris. Eſt ⁊ conceſſiuꝰ. vt I ſeq̃re italiam ventis. pete regna per vndas. Et eſt execratiuꝰ. vt Juuenalis. ite qbꝰ grata picta lupa barbara mitra. In futuro vero imperatiui cur oẽs voces pteriti pfecti ſiue futuri ſubiũctiui pterquam prime pſone ſingularis addiderimꝰ. res ipſa nos admonuit. nam voces ille permodũ impandi freq̃nter reperiũtur. Cicero in ſcđo de oꝛatoꝛe. tu quemadmodũ his ſatiſfecias. videris. Juue. greculꝰ eſuriens ad celũ iuſſeris ibit. Per. dixeris hec inter varicoſos centuriones. Et illđ eiuſdem. verterit hunc dñs momento turbinis exit Marcꝰ dama. nec eſt neceſſe ſuppleri cõiũctionem. vt ad modũ ſubiũctiuũ hmõi conſtructiones referantur. Jam vero illa ex euangelio. tu videris ⁊ vos videritis. ſatis liquet ad hmõi tempꝰ pertinere quamquam apđ grecos loca illa futuri ſunt indicatiui. Cũ particl̃a negatiua frequentius hec conſtructio reperitur. Uergilius in tertio eneidos. Hic tibi nequa moꝛe fuerint diſpendia tãti. Horatius in epiſtolis. Mancipiis locuples eget eris Capadocum rex. ne fueris hic tu. Plautus in Epidico. Ubi voles pater eſſe ibi eſto. vbi nolis ne fueris pater. Que voces non magis ſubiũctiui ſunt quam ille quas futuro perfecto indicatiui tribuimus. cum non voces ſed ſignificationum diuerſitas faciat diſtinctos modos. Optatiui mo-

di præteritum perfectum extricauimus a præſenti. propterea quod in ſermone Hiſpano vtrumq; tempus ſub eadem voce diuerſos habet ſenſus. Tempus praeteritum perfectum ſubiunctiui praeterito adiecimus ſimile. ductitum Diomedis autoritate: tum etiam ratione ſignificationis quae in vſu frequenter reperitur. Vergilius ſexto Aeneidos. Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta ⁊. Lucanus in ſecundo. Sed conditor arcis finxerit iſta Tages. Cicero in libello de fato. Poſidonius pace magiſtri dixerim quaedam comminiſci videtur. quamquam hic dicendi modus magis videatur futuri temporis huiuſmodi quam praeteriti. Eſt quoq; figura loquendi cum officium praetermiſſum fuiſſe a nobis aut ab alijs conquerimur: que locutio ad hunc modum referri poteſt: qualis eſt illa apud Terentium in andria. hem praediceres. Idem in Heauton. fortaſſe inquior erat ⁊ pateretur. Idem in Phormione. ſumeret vel foenore. Vergilius quarto Aeneidos. Faſces in caſtra tuliſſem: impleſſemq; foras flaminis. natumq; patremq; cum genere extinxem: memet ſuper ipſa dediſſem. Idem in eodem. eadem me ad fata vocaſſes. Idem dolor ambas ferro atq; eadē hora tuliſſet. Subiunctiuus cum ab eo dicatur. quod aliud verbum ſibi adiungi deſiderat: idq; niſi per coniunctionem fieri non poſſit: non omnes coniunctiones omnibus temporibus conueniunt: ſed quaedam quibuſdam. Sed ideo haec coniunctio cum in verbo ſubiunctiuo praeponitur: quia plaeriſq; huiuſmodi temporibus aptari poteſt. Illud tamen aduertendum ſubiunctiui tempora non eſſe ſatis explicita. nam ⁊ praeſens magis ſignificat futuru; aut inſtans quam tempus praeſens. vt ſi dixeris venio vt legam. lego vt intelligam. Praeteritum quoq; imperfectum nō nunquam in tempore praeſenti rem fieri ſignificat. vt Vergilius ſexto Aeneidos. Si nunc foret illa iuuenta. Idem in buccolicis. Nec tuus hic Meris: nec viueret ipſe Menalcas. Futurū quoq; tempus aliquando ſignificat. vt Vergilius. Tyrias olim quae euerteret arces. Item qui mare qui terras omni ditione tenerent. Praeteritum quoq; perfectu; plaerumq; ſenſum habet futuri. vt Terentius in Andria. Si inde te exemerim ego pro te molam. Idem in eodē. Certe ſi reſciuerim. atq; in vſu frequenti eſt. vt ſic dixerim: cum aliquid improprie aut barbare loquimur. Quare non ſine cauſa Gellius in ambiguo reliquit an eiuſmodi voces praeteriti an futuri ſubiunctiui eſſent. Eſt ⁊ alia ſubiunctiui ſignificatio per modum concedendi: que quidem verbi qualitas ab alijs modis diſtinguenda fuit: vt eſſent modi ſex. Cicero in Academicis. Sed fuerint illa vetera: ſi vultis illa cognita. Idem in ſecundo de finibus. ſed eſto fecerit ſi ita vis. Vergilius quarto Aeneidos. Verum anceps pugne fuerat fortuna: fuiſſet. In futuro quoq; repitur hic modus. vt Cicero in Academicis. Age reſtitero Peripateticis. ſuſtinuero epicurios. ⁊ per alterum futurum ſimile praeterito. Vergilius ſecundo georgicorum. haud alios prima naſcentis origine mundi illuxiſſe dies aliumue habuiſſe tenorem crediderim. Idem in eodem. Non ego te menſis ⁊ dijs accepta ſecundis tranſierim rhodia.

### ℭ Coniugatio huius uerbi ſum.

SVm. es. fui. eſſe. ens futurus.

### ℭ Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Sum. es. eſt. Sumus. eſtis. ſunt.
Præterito imperfecto. Eram. eras. erat. Eramus. eratis. erant.
Præterito perfecto. Fui. fuiſti. fuit. Fuimus. fuiſtis. fuerunt uel fuere.
Præterito pluſq̄ perfecto. Fueram. fueras. fuerat. Fueramus. fueratis. fuerant.
Futuro imperfecto. Ero. eris. erit. Erimus. eritis. erunt.
Futuro perfecto. Fuero. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.

### ℭ Imperatiuo modo.

Tempore preſenti. es uel ſis. ſit. Simus. eſte uel ſitis. ſint.
Futuro. Eſto uel fueris. eſto uel fuerit. Fuerimus. eſtote uel fueritis. ſunto uel fuerint.

### ℭ Optatiuo modo.

Tempore præſenti. Vtinam Eſſem. eſſes. eſſet. Eſſemus. eſſetis. eſſent.
Præterito imperfecto. Vtinam Eſſem. eſſes. eſſet. Eſſemus: eſſetis. eſſent.
Preterito perfecto. Vtinā Fuerim. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.
Præterito pluſq̄ pfecto. Vtinā Fuiſſem. fuiſſes. fuiſſet. Fuiſſemus. fuiſſetis. fuiſſent.
Futuro. Vtinam Sim. ſis. ſit. Simus. ſitis. ſint.

### ℭ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. Cum Sim. ſis. ſit. Simus. ſitis. ſint.
Præterito imperfecto. Cum Eſſem. eſſes. eſſet. Eſſemus. eſſetis. eſſent.
Præterito perfecto. Cum Fuerim. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.
Preterito pluſq̄ pfecto. Cū Fuiſſem. fuiſſes. fuiſſet. Fuiſſemus. fuiſſetis. fuiſſent.
Futuro. Cum Fuero. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis fuerint.

### ℭ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti. Eſſe. Preterito. Fuiſſe. Futuro. Fore uel futurum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

SUm es fui. Hoc ꝟbũ ideo pꝑpoſuim⁹ alijs ꝟbis regularibus: q2 neceſſariũ fuit ad circũloquia ꝟboꝝ paſſiuoꝝ aut paſſiuã vocẽ habẽtiũ declinãda. In impatiuo. es. vel ſis poſuim⁹: quãquã alias dixim⁹. ſis nõ eſſe hmõi vocẽ ſed es tantũ. Nã ſi habet ſit ⁊ ſimus ⁊ ſite ⁊ ſint: cur nõ habeat ⁊ ſis? Et cũ Uer. dixit. j. aeñ. Sis bonus o foelixq3 tuis: cur magis ſit optatiui ſis ꝙ̃ deprecatiui hoc eſt impatiui modi? Sed qδ de ſite dixi: apud antiqores tñ fuit. vt apud Plautũ in Curguliõe: ſite mihi volẽtes ꝓpiciae. ⁊ in eodẽ. ſite cauſa mea Lydi barbari. Suſtulim⁹ ꝟo qδ alij ꝑperã poſuerũt eſſendi eſſendo eſſendũ: q̃ gerũdia nuſquã apud latinos repiri veriſſime ſcripſit Ualla. Ens ꝟo ⁊ ſi latine dici nõ poſſe Seneca in quadã epla aſſeuerat: poſſuimus tñ illũ q2 Priſcianus ait apud antiquos fuiſſe: ⁊ ab eo cõpoſita abſens ⁊ pſens adhuc extãt: ⁊ philoſophi neceſſitate coacti vtunꝶ eo ad exprimẽdũ qδ ex greco iterptaꝶ. on. vſa. on. ꝓ hic ens. hęc ens. hoc ens. Futuꝝ quoq3 ab alio ꝟbo ſumptũ eſt: qδ i vſu nõ extat hoc eſt fuo fuis: a quo ẽt mutuati ſum⁹ pteritũ ⁊ tpa q̃ ab eo formanꝶ. Foꝛe quoq3 ab eo qδ eſt foꝛẽ ſumptũ eſt: ꝓ eo qδ futurũ eſt circũloquiũ vel futuri infinitiui modi. Cõpoſita vero ab hoc verbo rationẽ ſimplicis ſequũtur: niſi qδ poſſum a pos ⁊ ſum aliquãdo recipit. t. mediã vt potes poteſt poteſtis poterã. In impatiuo poteſte poteſto. ⁊c. In pꝛęterito ⁊ tpibus ab eo formatis. f. mutatur in. t. vt potui. In futuro quoq3 indicatiui. t. interponitur. vt potero. Et in participio pꝛęſentis tpis vt potens. qδ magis nomen eſſe videtur. Inuenimus quoq3 poſſetur pro poſſet. Quadrigarius apud Marcellũ. cũ nõ poſſetur diſcerni vtrius putaretur victoria. Poteratur pro poterat. Caelius apud eundẽ. ſine periculo bellum geri poteratur. Uergilius quoq3 libro octauo. liquido vt poteſtur electro dixit. Proſum quoq3 a pro cõpoſitũ ſequẽti vocali d. recipit. Cum pꝛępoſitionibus frequenter componitur his. ſ. ad. ab. de. in. inter. ob. pro. pꝛę. ſuper. vt adſum. abſũ. deſum. inſum. interſum. obſum. proſum. pꝛęſum. ſuperſum. Sed quemadmodum poſſum. accepit. t. pro. ſ. ita proſum euphoniae deſeruiens accepit. d. quando ſequitur vocalis. vt proderam. prodero. prodeſſem.

¶ Prima coniugatio.

AMo amas amaui amare. Amandi amando amandum. Amatum amatu. Amans amaturus. Amor amatis. Amatus amandus.

¶ Actiua uoce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Amo amas amat. Amamus amatis amant.
Præterito imperfecto. Amabam amabas amabat. Amabamus amabatis amabant.
Præterito perfecto. Amaui amauiſti amauit. Amauimus amauiſtis amauerunt uel amauere.
Præterito plusq̃ perfecto. Amaueram amaueras amauerat. Amaueramus amaueratis amauerant.
Futuro imperfecto. Amabo amabis amabit. Amabimus amabitis amabunt.
Futuro perfecto. Amauero amaueris amauerit Amauerimus amaueritis amauerint.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore preſenti. Ama uel ames amet. Amemus amate uel ametis ament.
Futuro. Amato uel amaueris: amato uel amauerit. Amemus uel amauerim⁹: amatote uel amaueritis Amanto uel amauerint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti: utinam Amarem amares amaret. Amaremus amaretis amarent.
Præterito imperfecto. Vtinam Amarem amares amaret. Amaremus amaretis amarent.
Preterito perfecto. Vtinã Amauerim amaueris amauerit. Amauerimus amaueritis amauerint.
Præterito plusq̃ pfecto. Vtinã Amauiſſẽ amauiſſes amauiſſet. Amauiſſem⁹ amauiſſetis amauiſſent.
Futuro. Vtinam Amen amẽs amet. Amemus ametis amẽt.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. Cum Amem ames amet. Amemus ametis ament.
Præterito imperfecto. Cum Amarem amares amaret. Amaremus amaretis amarent.
Præterito perfecto. Cum Amauerim amaueris amauerit. Amauerimus amaueritis amauerint.
Pręterito plusq̃ pfecto. Cũ amauiſſem amauiſſes amauiſſet. Amauiſſemus ama uiſſetis amauiſſent.
Futuro. Cum Amauero amaueris amauerit. Amauerimus amaueritis amauerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti. Amare. Præterito. amauiſſe.
Futuro. Amaturum: uel amaturum eſſe: uel amatum ire.
Gerundia ſubſtantiua. Amandi amando amandum.
Supina uerba. Amatum amatu.
Participia uocis actiuæ. Amans amaturus.

¶ Verbo impersonali. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Amatur.
Præterito imperfecto. Amabatur.
Præterito perfecto. Amatum eſt uel fuit.
Præterito plusq̃ perfecto. Amatum erat uel fuerat.
Futuro imperfecto. Amabitur.
Futuro perfecto. Amatum erit.

¶ Imperatiuo modo.
Tempore præsenti. Ametur. Futuro. Amator uel amatum sit.
¶ Optatiuo modo.
Tempore præsenti utinam Amaretur. Præterito imperfecto. utinam Amaretur.
Præterito perfecto. utinam Amatum sit uel fuerit.
Præterito plusq̃ perfecto utinam Amatum esset uel fuisset. Futuro utinam Ametur.
¶ Subiunctiuo modo.
Tempore præsenti. cum Ametur. Præterito imperfecto. cum Amaretur.
Præterito perfecto. cũ Amatũ sit uel fuerit. Præterito plusq̃ perfecto. cum Amatum esset uel fuisset.
Futuro cum Amatũ erit uel fuerit. ¶ Infinitiuo modo.
Tempore præsenti. Amari. Præterito. Amatum esse uel fuisse.
Futuro. Amandum. uel Amandum esse. uel amatum iri.
¶ Passiua uoce. Indicatiuo modo.
Tempore præsenti. Amor. amaris uel amare amatur. Amamur: amamini: amantur.
Preterito impfecto Amabar. amabaris uel amabare: amabatur. Amabamur: amabamini: amabant.
Præterito pfecto. Amatus. a. um. sum uel fui. Præterito plusq̃ pfecto. Amat⁹. a. um. erã uel fueram.
Futuro impfecto. Amabor: amaberis uel amabere: amabit. Amabimur: amabimini: amabuntur.
Futuro perfecto. Amatus: amata: amatum ero.
¶ Imperatiuo modo.
Tempore præsenti. Amare uel ameris: ametur. Amemur. amamini uel amemini: amentur.
Futuro. Amator uel amatus sis. Amator uel amatus sit. Amemur uel amati sim⁹. amaminor uel amati sitis: amator uel amati sint. ¶ Optatiuo modo.
Tempore præsenti. utinã Amarer. amareris uel. ere. amaretur. Amaremur. amaremini. amarentur.
Præterito imperfecto. utinã Amarer. amareris uel. ere. amaretur. Amaremur. amaremini: amarent.
Preterito pfe utinã Amat⁹. a. ũ. sim uel fueri. Preterito plusq̃ pfe. utinã. Amat⁹. a. ũ. essem uel fuissem.
Futuro. utinã Amer. ameris uel. ere. ametur. Amemur. amemini: amentur.
¶ Subiunctiuo modo.
Tempore præsenti. cum Amer. ameris uel amere: ametur. Amemur. amemini: amentur.
Præterito impfecto. cũ Amarer. amareris uel. ere. amaretur. Amaremur: amaremini: amarentur.
Preterito pfe. cũ Amat⁹. a. ũ. sim ul̃ fueri. Preterito plusq̃ pfecto. cũ Amat⁹. a. um. essem uel fuissem.
Futuro. cum Amatus. a. um. ero uel fuero. ¶ Infinitiuo modo.
Tempore præsenti. Amari. Præterito. Amatus amata amatum esse uel fuisse.
Futuro. Amandum uel amandum esse. uel amatum iri.
Participia uocis passiuæ. Præteriti. Amatus. a. um. Futuri. Amandus. da. dum.
¶ Secunda coniugatio.
Doceo doces docui docere. Docendi docendo docendum. Doctum doctu docẽs docturus. Doceor doceris doctus docendus.
¶ Actiua uoce. Indicatiuo modo.
Tempore præsenti. Doceo doces docet: Docemus docetis docent.
Præterito imperfecto. Docebam docebas docebat. Docebamus docebatis docebant.
Preterito perfecto. Docui docuisti docuit. Docuimus docuistis docuerunt uel docuere.
Preterito plusq̃ perfecto. Docueram docueras docuerat. Docueramus docueratis docuerant.
Futuro imperfecto. Docebo docebis docebit Docebimus docebitis docebunt.
Futuro perfecto. Docuero docueris docuerit. Docuerimus docueritis docuerint.
¶ Imperatiuo modo.
Tempore præsenti. Doce uel doceas doceat. Doceamus docete uel doceatis doceant.
Futuro doceto uel docueris. doceto uel docuerit. Doceamus uel docuerimus. docetote uel docueritis. docento uel docuerint. ¶ Optatiuo modo.
Tempore præsenti. utinam Docerem doceres doceret. Doceremus doceretis docerent.
Præterito imperfecto. utinam Docerem doceres doceret. Doceremus doceretis docerent.
Præterito perfecto. utinam Docuerim docueris docuerit. Docuerimus docueritis docuerint.
Præterito plusq̃ pfecto. utinã Docuissem docuisses docuisset. Docuissemus docuissetis docuissent.
Futuro. utinam Doceam doceas doceat. Doceamus doceatis doceant.
¶ Subiunctiuo modo.
Tempore præsenti. Cum Doceam doceas doceat. Doceamus doceatis doceant.
Præterito imperfecto. cum docerem. doceres doceret. Doceremus doceretis docerent.
Præterito perfecto. cum Docuerim docueris docuerit. Docuerimus docueritis docuerint.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

Preterito pluſq̄ perfecto.cū Docuiſſem docuiſſes docuiſſet. Docuiſſemus docuiſſetis docuiſſent.
Futuro cum Docuero docueris docuerit. Docuerimus docueritis docuerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore p̄ſenti. Docere. Præterito docuiſſe. Futuro docturū uel docturū eſſe uel doctū ire.
Gerundia ſubſtantiua. Docendi docendo docendum. Supina uerba. Doctum/doctu.
Participia p̄ſentis. Docens. Futuri. Docturus.

¶ Verbo imperſonali. Indicatiuo modo.

Tempore p̄ſenti. Docetur. Præterito imperfecto. Docebat. Præterito perfecto. doctū eſt uel fuit.
Preterito pluſq̄ pfecto. doctū erat uel fuerat. Futuro impfecto. docebit. Futuro pfecto doctum erit.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Doceatur. Futuro. docetor uel doctum ſit.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti utinam doceretur. Præterito imperfecto. utinam doceretur.
Præterito perfecto. utinam doctum ſit uel fuerit. Præterito pluſq̄ perfecto utinam doctum eſſet uel fuiſſet. Futuro utinam doceatur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tpe p̄ſenti. cū doceatur. Præterito imperfe. cū doceretur. Præterito perfecto. cū doctū ſit uel fuerit.
Præterito pluſq̄ perfecto. cum doctum eſſet uel fuiſſet. Futuro cum doctū erit uel fuerit.

¶ Infinitiuo modo.

Tpe præſenti. doceri. Præterito. doctū eſſe uel fuiſſe. Futuro. docendū uel docēdū eſſe uel doctū iri.

¶ Paſſiua uoce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. doceor. doceris uel docere docetur. Docemur: docemini: docentur.
Preterito ipfecto Docebar. docebaris uel. are. docebatur. Docebamur: docebamini: docebant.
Præterito pfecto. doctus. a. um. ſum uel fui. Præterito pluſq̄ pfecto. doct⁹. a. um. erā uel fueram.
Futuro impfecto. Docebor: doceberis uel. ere. docebit. Docebimur: docebimini: docebuntur.
Futuro perfecto. Doctus: docta: doctum ero.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Docere uel docearis: doceatur. Doceamur. docemini uel doceamini doceantur.
Futuro. docetor uel doct⁹ ſis. docetor uel doctus ſit. Doceamur uel docti ſim⁹. doceminor uel docti ſitis. docentor uel docti ſint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore p̄ſenti. utinā Docerer. docereris uel. ere. doceretur. Doceremur. doceremini. docerentur.
Præterito impfecto. utinā Docerer. docereris uel. ere. doceret. Doceremur. doceremini: docerent.
Preterito pfe. utinā doct⁹. a. ū. ſim uel fueri. Preterito pluſq̄ pfe. utinā. Doct⁹. a. ū. eſſem uel fuiſſem.
Futuro. utinā Docear. docearis uel doceare. doceatur. Doceamur. doceamini: doceātur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. cum Docear. docearis uel doceare: doceatur. Doceamur. doceamini: doceātur.
Præterito impfecto. cū Docerer. docereris uel. ere. doceretur. Doceremur: doceremini: docerentur.
Preterito pfe. cū doct⁹. a. ū. ſim uel fueri. Preterito pluſq̄ pfēcto. cū doct⁹. a. um. eſſem uel fuiſſem.
Futuro. cum Doctus. a. um. ero uel fuero.

¶ Infinitiuo modo.

Tpe p̄ſenti. Doceri. Præterito. Doct⁹. a. um. eſſe uel fuiſſe. Futuro. Docendum uel docendum eſſe, uel doctum iri. Participia uocis paſſiuæ. Præteriti. doctus. a. um. Futuri. docendus. da. dum.

¶ Tertia coniugatio.

Lego. legis. legi. legere. Legendi. legendo. legēdū. Lectū. lectu. Legēs. lecturus. Legor. legeris. lectus. legendus.

¶ Actiua uoce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Lego legis legit. Legimus legitis legunt.
Præterito imperfecto. Legebam legebas legebat. Legebamus legebatis legebant.
Preterito perfecto. Legi legiſti legit. Legimus legiſtis legerunt uel legere.
Præterito pluſq̄ pfecto. Legeram legeras legerat. Legeramus legeratis legerant.
Futuro imperfecto. Legam leges leget. Legemus legetis legent.
Futuro perfecto. Legero legeris legerit. Legerimus legeritis legerint.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Lege uel legas legat. Legamus legite uel legatis legant.
Futuro legito uel legeris. legito uel legerit. Legamus uel legerimus. legitote uel legeritis. legunto uel legerint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti. utinam Legerem legeres legeret. Legeremus legeretis legerent.
Præterito imperfecto. utinam Legerem legeres legeret. Legeremus legeretis legerent.
Præterito perfecto. utinam Legerim legeris legerit. Legerimus legeritis legerint.

Pręterito pluſq̄ perfecto. utinam Legiſſem legiſſes legiſſet. Legiſſemus legiſſetis legiſſent.
Futuro utinam. Legam legas legat. Legamus legatis legant.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. cum Legam legas legat. Legamus legatis legant.
Præterito imp̄fecto. cũ Legerem legeres legeret. Legeremus legeretis legerent.
Pręterito p̄fecto. cũ Legerim legeris legerit. Legerimus legeritis legerint.
Pręterito pluſq̄ p̄fecto. cũ Legiſſem legiſſes legiſſent. Legiſſemus legiſſetis legiſſent.
Futuro. cum Legero legeris legerit. Legerimus legeritis legerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore p̄ſenti. Legere. Præterito Legiſſe. Futuro. lecturũ uel lecturũ eſſe uel lectũ ire.
Gerundia ſubſtantiua. Lgendi legendo legendum. Supina uerba. Lectum/lectu.
Participia p̄ſentis. Legens. Futuri. Lecturus.

¶ Verbo imperſonali. Indicatiuo modo.

Tempore p̄ſenti. Legitur. Præterito imperfecto. legebať. Præterito perfecto. lectũ eſt uel fuit.
Pręterito pluſq̄ p̄fecto. lectũ erat uel fuerat. Futuro imp̄fecto. legeť. Futuro p̄fecto lectum erit.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. legatur. Futuro. legitor uel lectum ſit.

¶ Optatiuo modo.

Tp̄e p̄ſen. utinã Legeretur. Præterito ip̄erfe. utinã legereť. Præterito p̄fecto. utinã lectũ ſit uel fuerit.
Præterito pluſq̄ perfecto. utinam lectum eſſet uel fuiſſet. Futuro utinam legatur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tp̄e p̄ſenti. cũ Legatur. Præterito imperfe. cũ legeretur. Præterito perfecto. cũ lectũ ſit uel fuerit.
Præterito pluſq̄ perfecto. cum lectum eſſet uel fuiſſet. Futuro cum lectũ erit uel fuerit.

¶ Infinitiuo modo.

Tp̄e præſenti. Legi. Præterito. lectũ eſſe uel fuiſſe. Futuro. Legendũ uel legẽdũ eſſe uel lectũ iri.

¶ Paſſiua uoce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Legor. legeris uel legere legitur. Legimur: legimini: leguntur.
Pręterito ip̄fecto Legebar. legebaris uel legebare. legebať. legebamur: legebamini: legebantur.
Præterito p̄fe. lectus. a. ũ. ſum uel fui. Præterito pluſq̄ p̄fecto. Lectꝰ. a. ũ. erã uel fuerã. Futuro imp̄fe.
Legar legeris uel legere. legeť. Legemur: legemini: legenť. Futuro p̄fecto. Lectus. cta. ctum ero.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Legere uel legaris: legatur. Legamur. legimini uel legamini legantur.
Futuro. legitor uel lectꝰ ſis. legitor uel lectus ſit. Legamur uel lecti ſimꝰ. legiminor uel lecti ſitis. legũtor uel lecti ſint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore p̄ſenti. utinã Legerer. legereris uel. ere. legeretur. Legeremur. legeremini. legerentur.
Præterito imp̄fecto. utinã Legerer. legereris uel. ere. legereť. Legeremur. legeremini. legerenť.
Pręterito p̄fe. utinã Lectꝰ. a. ũ. ſim uel fueri. Pręterito pluſq̄ p̄fe. utinã. Lectꝰ. a. ũ. eſſem uel fuiſſem.
Futuro. utinã Legar. legaris uel legare legatur. Legamur. legamini. legãtur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. cum Legar legaris uel legare legatur. Legamur legamini legantur.
Præterito imperfecto. cum Legerer legereris uel. ere. legeretur. Legeremur legeremini legerentur.
Pręterito p̄fecto. cũ lectꝰ. a. ũ. ſim uel fuerim. Præterito pluſq̄ p̄fecto. cũ lectꝰ. a. ũ. eſſem uel fuiſſem.
Futuro. cum. lectus lecta lectum. ero. uel fuero.

¶ Infinitiuo modo.

Tp̄e p̄ſenti. Legi. Præterito. Lectꝰ. a. um. eſſe uel fuiſſe. Futuro. Legẽdũ uel legẽdũ eſſe uel lectũ iri.

¶ Participia uocis paſſiuæ.

Præteriti. Lectus. lecta. lectum. Futuri. legendus. legenda. legendum.

¶ Quarta coniugatio.

AVdio. audis. audiui. audire. Audiendi. audiendo. audiẽdũ. Auditũ. auditu. Audiẽs. auditurus. Audior. audiris. auditus. audiendus.

¶ Actiua uoce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Audio audis audit. Audimus auditis audiunt.
Præterito imperfecto. Audiebam audiebas audiebat. Audiebamus audiebatis audiebant.
Pręterito perfecto. Audiui audiuiſti audiuit. Audiuimus audiuiſtis audiuerunt uel audiuere.
Præterito pluſq̄ p̄fecto. Audiueram audiueras audiuerat. Audiueramus audiueratis audiuerant.
Futuro imperfecto. Audiam audias audiat. Audiemus audietis audient.
Futuro perfecto. Audiuero audiueris audiuerit. Audiuerimus audiueritis audiuerint.

¶ Imperatiuo modo.

# Quarta coniugatio.

Tempore præſenti. audi uel audias audiat. Audiamus. audite uel audiatis audiant.
Futuro Audito ul̃ audiueris. audito uel audiuerit. Audiamꝰ uel audiuerimꝰ. auditote uel audiueritis. audiunto uel audiuerint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti. utinā Audirē audires audiret. Audiremus audiretis audirent.
Præterito imperfecto. utinā Audirem audires audiret. Audiremus audiretis audirent.
Præterito ꝑfecto. utinā Audiuerim audiueris audiuerit. Audiuerimus audiueritis audiuerint.
Pręterito plusq̃ ꝑfe. utinam Audiuiſſem audiuiſſes audiuiſſet. Audiuiſſemꝰ audiuiſſetis audiuiſſent.
Futuro utinam. Audiam audias audiat. Audiamus audiatis audiant.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. cum Audiam audias audiat. Audiamus audiatis audiant.
Præterito imꝑfecto. cū Audirem audires audiret. Audiremus audiretis audirent.
Pręterito ꝑfecto. cū Audiuerim audiueris audiuerit. Audiuerimus audiueritis audiuerint.
Pręterito plusq̃ ꝑfecto. cū Audiuiſſem audiuiſſes audiuiſſet. Audiuiſſemus audiuiſſetis audiuiſſent.
Futuro. cum Audiuero audiueris audiuerit. Audiuerimus audiueritis audiuerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore p̄ſenti. Audire. Præterito audiuiſſe. Futuro. auditurū uel auditurū eſſe uel auditū ire.
Gerundia ſubſtantiua. Audiendi audiendo audiendum. Supina uerba. Auditum/auditu.
Participia p̄ſentis. Audiens. Futuri. Auditurus.

¶ Verbo impersonali. Indicatiuo modo.

Tempore p̄ſenti. Auditur. Præterito imperfecto. Audiebat̃. Præterito perfecto. Auditū eſt uel fuit.
Pręterito plusq̃ ꝑfecto. Auditū erat uel fuerat. Futuro imꝑfe. Audiet̃. Futuro ꝑfecto Auditum erit.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Audiatur. Futuro. Auditor uel auditum ſit.

¶ Optatiuo modo.

Tp̄e p̄ſen. utinā Audiretur. Præterito iꝑfecto. utinā audiret̃.
Præterito ꝑfecto. utinā Auditū ſit uel fuerit. Præterito plusq̃ perfe. utinam auditum eſſet uel fuiſſet.
Futuro utinam audiatur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tp̄e p̄ſenti. cū Audiatur. Præterito imperfe. cū audiretur. Præterito ꝑfecto. cū auditū ſit uel fuerit.
Præterito plusq̃ perfecto. cum Auditum eſſet uel fuiſſet. Futuro cum Auditū erit uel fuerit.

¶ Infinitiuo modo.

Tp̄e præſenti. Audiri. Præterito. auditū eſſe uel fuiſſe. Futuro. audiēdū uel audiēdū eē uel auditū iri.

¶ Paſſiua uoce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Audior audiris uel audire auditur. Audimur audimini audiuntur.
Pręterito iꝑfecto Audiebar audiebaris uel. are. audiebat̃. Audiebamur audiebamini audiebantur.
Præterito ꝑfe. Auditus. a. ū. ſum uel fui. Præterito plusq̃ ꝑfecto. Auditꝰ. a. ū. erā uel fuerā.
Futuro imꝑfe. Audiar audieris uel. ere. audiet̃. Audiemur audiemini audientur.
Futuro ꝑfecto. Auditus audita auditum ero.

¶ Imperatiuo modo.

Tp̄e p̄ſenti Audire uel audiaris audiatur. Audiamur audimini uel audiamini audiantur.
Futuro. Auditor uel auditꝰ ſis. auditor uel auditꝰ ſit. audiamur uel auditi ſimus. audiminor uel auditi ſitis. Audiuntor uel auditi ſint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore p̄ſenti. utinā Audirer audireris uel. ere. audiretur. Audiremur audiremini audirentur.
Præterito imꝑfecto. utinā Audirer audireris uel. ere. audiret̃. Audiremur audiremini audirent̃.
Pręterito ꝑfecto utinā auditus audita auditū. ſim uel fuerim.
Pręterito plusq̃ ꝑfe. utinā auditus audita auditum. eſſem uel fuiſſem.
Futuro. utinā audiar audiaris uel audiare audiatur. Axdiamur audiamini audiātur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. cum Audiar audiaris uel audiare audiatur. audiamur audiamini audiantur.
Præterito imꝑfecto. cum audirer audireris uel. ere. audiretur. Audiremur audiremini audirentur.
Pręterito ꝑfe. cū auditꝰ. a. ū. ſim uel fuerim. Præterito plusq̃ ꝑfecto. cū auditꝰ. a. ū. eſſem uel fuiſſem.
Futuro. cum auditus. a. um. ero. uel fuero.

¶ Infinitiuo modo.

Tp̄e p̄ſenti. audiri. Præterito. auditꝰ. a. ū. eſſe uel fuiſſe. Futuro. audiēdū uel audiēdū eē uel auditū iri.
Participia uocis paſſiuæ. Præteriti. auditus. a. tum. Futuri. audiendus. a. dum.

De formatiõe verborũ regulariũ. Cap.vi.

Amo:doceo:lego:audio:non formantur aliunde: quin potius alia tempora formantur ab eis.

Amabam:docebam: formantur a ſecũda perſona ſingulari præſentis indicatiui modi ablata.s.& addita.bam.

Legebam:audiebam:formantur a prima perſona ſingulari præſentis indicatiui modi.o.mutata in e.& addita.bam.præter.eo.is.quod mittit.ibam & queo.quis.quibam.

Amaui:docui:legi:audiui:non formantur aliũde: quin potius reliqua tempora quæ circumloquimur in uoce paſſiua formantur ab eis.

De formatiõe. Analogia quã ꝓportionẽ Quintilian⁹ interpretat̃:in nulla grãmatices parte magis deſeruit nobis ꝙ̃ in verboꝝ cõiugatiõe vt vel ſola propemodũ poſſit in hac vna parte ſufficere:pterꝙ̃ in pteritis ⁊ ſupinis q̃ a ꝓportiõe plaerũq; diſceſſerũt. Nã ſi amo.as.fecit in ꝑterito impfecto indicatiui amabã:⁊ in futuro amabo.poſſis nullo ꝓcepto ſed ſola analogia duce ab eo ꝙ eſt porto.as.⁊ ab eo qđ ambulo.as.facere portabã ambulabã.portabo ambulabo. Qr tñ video graecos ⁊ latinos circa tẽpoꝝ formationẽ atq; ẽt ꝑſonarũ q̃ a prima verbi poſitiõe deſluxerũt laboraſſe: nõ oĩno ⁊ nos ocioſum eſſe putauimus hac de re praecepta tradere. Amo. doceo.lego.audio. Cũ verborũ cõiugatiões q̃tuor ſint: quarũ diuerſitas colligit̃ ꝑcipue ex ſcđa ꝑſona ꝑſentis indicatiui modi ⁊ ꝑſentis infinitiui. proponit quatuor verba:q̃ explicita per oẽs voces modos numeros ⁊ perſonas exibẽt nobis imaginẽ totius cõiugationis: et quibus in locis illi⁹ partes inter ſe cõueniãt. Dicit igit̃ in primis ꝙ prima verbi poſitio:hoc eſt ꝙ prima perſona praeſentis indicatiui nõ formatur aliũde: quin potius ipſa gignit ex ſe reliqua alia tẽpora. Eſt.n.haec in verbo:qđ in noĩe rectus. Et quẽadmodũ gignẽdi caſus in noĩe oſtẽdit nobis quotae declinationis eſt nomen: eodẽ modo ſcđa perſona ꝑſentis indicatiui que primum diſceſſit a verbi poſitione:oſtẽdit quotae cõiugationis eſt verbũ.nã q̃ mittunt in.as.ſunt primae: q̃ in.es.ſunt ſecũdae.q̃ in.is.breuẽ ſunt tertiae. q̃ in. is. productam quartae.quã quidã nõ quartã ſed tertiam productã dixerũt. Sed quẽadmodũ prima verbi poſitio ſemp terminat̃ in.o.vel in.or.pterꝙ̃ in verbis defectiuis ⁊ irregularib⁹ ita ſcđa cõiugatio h; propriã terminationẽ in eo:⁊ q̃rta ſemp in.io.ꝑter eo ⁊ queo cũ cõpoſitis:q̃ cu; ſint quartae: tñ terminant̃ in eo. Sũt pterea pauca verba primae cõiugatiõis q̃ terminãtur in.eo.vt meo.as.creo.as.nauſeo.as.⁊ aliq̃ plura tertiae q̃ terminãtur in.io.vt facio facis.fodio fodis.fugio.is. Primae itaq; cõiugatiõis poſitio mittit ſecũdã perſonã.o.mutata in.as.vt amo amas.porto portas. Scđae vero.o.mutata in.s.vt doceo doces.ſtudeo.es.eſtq; minor vna ſyllaba. Tertiae vero cũ in.io.deſinit.o.mutata in.s.eſtq; minor aeq̃ vna ſyllaba.vt facio facis.fugio.gis. Alia tñ eiuſdẽ ꝯiugatiõis q̃cũq; lr̃a ꝑcedẽte.o.mutata i.is.vt ſcribo.bis.dico dicis.ſcãdo.dis.lego.gis. Quartae ꝯiugatiõis.io.vel.eo.mutatis i.is.vt audio audis.polio polis.eo is.queo qs. Tertia ꝑſona fit.s.finali ſcđae ꝑſonae mutata in.t.vt amas amat.doces.cet.legis.git.audis.dit. Prima ꝑſona plr̃alis fit.mu.interpoſita inter.s.finalẽ ſcđae ꝑſonae ⁊ ꝑcedẽtẽ vocalẽ.vt amas amam⁹. Scđa ꝑſona pluralis fit.ti.interpoſita.vt amas.atis. Tertia ꝑſona pluralis in prima quidẽ ⁊ ſcđa cõiugatiõe fit a tertia ꝑſona ſingularis.n.ĩterpoſita ĩter.t.finalẽ ⁊ vocalẽ ꝑcedẽtẽ.vt amat amãt. docet docẽt. In tertia vero ⁊ q̃rta fit primae poſitiõis.o.finali mutata in unt.vt lego legũt.facio faciũt.audio audiũt. eo.eũt. Amabã.docebã. Praeteritũ impfectũ primae cõiugatiõis atq; ſcđae fit a ſcđa ꝑſona ſingulari ꝑſentis indicatiui ablata.s.⁊ addita.bã.vt amas amabã.doces.docebã. Legebã ⁊ audiebã.hoc eſt verba tertiae ⁊ q̃rtae cõiugatiõis fiũt primae verboꝝ poſitiõis.o.finali.mutata in.e.⁊ addita bã.vt lego.gebã.facio faciebã.audio audiebã. Eo tñ ⁊ q̃o ſequũtur rõnẽ verboꝝ primae ⁊ ſcđae cõiugatiõis:q̃ formãt pteritũ impfectũ:vt dixim⁹ a ſcđa ꝑſona ꝑſentis indicatiui ablata.s.⁊ addita.bã.vt queo.qs.qbã.eo.is.ibã. Ad quoꝝ ſilitudinẽ antiqores poetae ꝑſertiꝫ hoc tp̃s formabãt in oĩb⁹ verbis q̃rtae cõiugatiõis.vt Vg.viij.aeñ. Tũc mihi prima genas veſtibat flore iuuẽta Idẽ in eodẽ. Certatis ſquãmis ſerpẽtũ auroq; polibãt:ꝑ veſtiebãt:⁊ poliebãt. Secũda ꝑſona ſingularis fit.m.mutata i.s.amabã.amabas. Tertia ꝑſona ſingularis fit.m.mutata in.t.vt amabã.abat. Prima ꝑſona pluralis fit addita.us.amabã amabamus Scđa ꝑſona pluralis.fit.m.mutata in.tis.vt amabã.amabatis. Tertia ꝑſona eiuſdẽ nũeri fit.m. mutata i nt.vt amabã.amabãt. Amaui.docui.legi.diui. Oĩs pteriti pfecti indicatiui modi prima ꝑſona ſingularis deſinit in.i.que tamẽ nullã certã ꝓportionẽ verboꝝ ſequit̃ a q̇bus deſcẽdit:niſi ꝙ verba primae ⁊ q̃rtae cõiugatiõis plaerũq; formantur a ſcđa ꝑſona ꝑſentis indicatiui.s.ablata ⁊ addita.ui.vt amas.amaui.porto portas.aui.audio.is.audiui.polio.is.iui. Sed de vltimis ⁊ penultimis ſyllabis pteritoꝝ in tertio cap.li.ſcđi explicabim⁹. Secũda ꝑſona ſinglaris fit ſupra primã.i.ſti.aſſũpta.vt amaui amauiſti. Tertia ꝑſona eiuſdẽ nũeri fit.t.aſſũpta.vt amaui amauit. Prima ꝑſona plr̃alis fit aſſumpta.mus.vt amaui amauim⁹. Secũda eiuſdẽ nũeri fit.ſtis.aſſũpta vt amaui amauiſtis. Tertia eiuſdẽ nũeri fit.i.finali mutata in.e.⁊ aſſumpta rũt.vel re.vt amaui amauerũt vel amauere. Hoc tp̃s crebras recipit abſciſiões. neq; id tñ in carmine.verũetiã in pſa oratiõe:maxime in verbis primae cõiugatiõis.q̃ mittũt pteritũ in.aui. pterꝙ̃ laui: quod ipſum videt̃ abſciſſum ab eo qđ eſt lauaui.neq;.n.poſſem⁹ dicere laſti ꝑ lauaſti.⁊ in verbis tertiae ⁊ q̃rtae q̃ mittũt pteritũ i.iui.ſ; in verbis primae recipit tñ abſciſionẽ i ſecũda ꝑſona ſinglaris nũeri:⁊ i ſecũda ⁊ tertia plr̃alis vt amaſti ꝑ amauiſti.amaſtis.ꝑ amauiſtis.amarũt ꝑ amauerũt. In verbis tertiae ⁊ q̃rtae oẽs ꝑſonae pñt recipe abſciſionẽ.vt ſapij ſapiſti ſapijt ꝑ ſapiui ſapiuiſti ſapiuit.et i plr̃ali ſapijm⁹.ſapijſtis.ſapierũt vel ſapiere.ꝑ ſapiuim⁹ ſapiuiſtis ſapiuerũt vel ſapiuere.audij audijſti audijt.ꝑ audiui audiuiſti audiuit audijm⁹ audijſtis audierũt vel audiere.ꝑ audiuim⁹ audiuiſtis.audiuerũt vel audiuere. Et i oĩbus cõpoſitis ab eo.is.iui.ſemp fit abſciſio.vt ꝑterij poti⁹ ꝙ̃ ꝑteriui. redij.adij.inij.ꝑdij.poti⁹ ꝙ̃ rediui.adiui.iniui.ꝑdiui.⁊ eodẽ mõ de reliqs. Illud ẽt eſt aduertẽdũ in ſecũdis ꝑſonis vtriuſq; nũeri duplex i.abſciſoꝝ poſſe ꝑ ſynaereſin coire i vnũ.i.lõgũ.vt ſapiſti ꝑ ſapijſti. Martia.nubere vis priſco nõ miror paula ſapiſti.eodẽ mõ dicimus poliſti poliſtis.ꝑ polijſti polijſtis.audiſti audiſtis.pro audijſti audijſtis:facimus etiã ſyncopã in hoc verbo noui.vt noſti ꝑ nouiſti.noſtis ꝑ nouiſtis. Ab eo quoq; quod eſt admoueo Verg. dixit i.iiij.aeñ. Hyrcanaeq; admorũt vbera tigres.⁊ primo aeñ.ab eo ꝙ eſt accedo acceſti. Idẽ quoq; dixit. Acceſtis ſcopulos vos ⁊ cyclopeia ſaxa:⁊ ab eo quod eſt dirigo direxi.dixit in.vj.dardana q paridis direxti tela manuſq; Hora. quoq; ab eo quod eſt euado euaſi dixit in.ij.ſermonũ.euaſti credo metuẽt doctuſq; caueris. Et catull⁹ ad oratium.e

Relatiuū eſt. Aliā noīs differentiā oſidit. Aliō nāqꝫ ē relatiuū: aliō antecedens: ⁊ qd vtrūqꝫ ſit oſidit. Ex quo manifeſtū eſt relatiuū ⁊ antecedens noīa eſſe ad aliqd dicta. poſito eñ relatiuo: neceſſe ē poni antecedens: atqꝫ e diuerſo neceſſe ē poſito antecedenti poni relatiuū. Adiectiuū ⁊ ſubſtantiuū. Ponit tria ꝑcepta q̄ non ſermonis latini ꝓpria verūetiā oīb⁹ linguis cōia publica ⁊ quodāmodo naturalia ſunt: ſi qdē naturale ē: vt inqt Ariſto. qđ apđ oēs gētes idē eſt. Primū itaqꝫ ꝑceptū naturale ⁊ ꝯtra qđ ſi qs peccauerit nō tm̄ indoct⁹ ſed plane barbar⁹ habeat̃ ē ꝙ adiectiuū et ſubſtantiuū in trib⁹ ꝯuenire debēt. in gñe. nūero. ⁊ caſu. hoc eſt qđ vtrūqꝫ ſit eiuſdē gñis nūeri ⁊ caſ⁹. Qđ tm̄ hoc ꝑceptū exceptionē patit̃ ſuis locis dicem⁹. Relatiuū ⁊ antecedens: hoc ē ſcđꝫ ꝑceptū naturale: ꝙ relatiuū ⁊ antecedens in trib⁹ ꝯueniūt in gñe nūero ⁊ pſona. hoc ē ꝙ vtrūqꝫ ſit eiuſdē gñis nūeri ⁊ pſonae. De rōne aūt hui⁹ ꝯuenientiae lib. iiij. copioſi⁹ diſputabit̃. Ntūs ⁊ ꝟbū. Hoc ē tertiū ꝑceptū naturale: ꝙ ntūs et ꝟbū ꝯueniūt in duob⁹ hoc ē nūero ⁊ pſona. i. ꝙ ābo debēt eē eiuſdē nūeri ⁊ perſonae. Figurate tm̄ aliqñ videt̃ eſſe diſcōuenientia inter ntm̄ ⁊ ꝟbū. quēadmodū li. iij. cū de figuris ꝯſtructionis aget̃: pleni⁹ dicendū ē. Oīe verbū actiuū: ſubaudi perſonale qđ habet vocē actiuā. vel actionē ſignificans: quale ē deponēs ⁊ cōe: ea parte qua ſignificat actionē: exigit ante ſe hoc eſt in ratione ſuppoſiti ntm̄ pro perſona agēti: et accuſatiuū ſed non neceſſario pro perſona patienti vel alium caſum: ſed tūc paſſio illa non recta ⁊ tranſitiua ſed obliqua eſt. Omne verbum paſſiuū: quod etiam de perſonali intelligendū eſt: vel paſſionem ſignificans: qualia ſunt illa exulo. vapulo. veneo. fio. liceo. exigit nominatiuum pro perſona patienti atqꝫ in ratione ſuppoſiti: ⁊ ablatiuū cū praepoſitione a. vel ab. vel etiaꝫ datiuū pro perſona agenti. vt ego amor a te vel tibi. exulo a rege: vbi non auſim dicere regi pro a rege. Gerūdia ſupina ⁊ particia. De gerūdijs quod diximus intelligendum eſt de gerūdijs ſubſtantiuis actionem ſignificantib⁹. vt veni cauſa legendi. Vergili. ⁊ inſeruiendi amicis. ⁊ carendi voluptatib⁹. ⁊ miſerendi viduarū. De ſupinis praeterea intelligendū eſt de primis: nam vltima cū nullo caſu poſt ſe conſtruūtur: quemadmodum libro. iiij. dicturi ſum⁹. vt eo venatū feras. inſeruitum amicis. Participia vero ſiue illa ſunt actiuae vocis ſiue paſſiuae eandem rationem ſeruant. Nam participia pſentis temporis cū actionē ſignificant conſtruuntur poſt ſe cum accuſatiuo. vt amans virtutes. aut dtō vt ſeruiens amicis: aut abltō vt carens voluptatib⁹. aut gtō vt miſerens filiorum. Eodem modo de participio temporis futuri vocis actiuae. Participia quoqꝫ vocis paſſiuae paſſionem ſignificantia ꝯſtruūt cū abltō ⁊ praepoſitione a. vel ab. aut dtō. vt amat⁹ a te: amand⁹ ab illis. Praepoſitiones actō deſeruientes. Praepoſitiones aut ſeparabiles ſunt aut inſeparabiles Separabiles ſunt q̄ pñt appoſitioni caſib⁹. Inſeparabiles ſunt q̄ nūq̄ reperiūt̃ niſi in compoſitione. De ſeparabilib⁹ itaqꝫ ponit primam reglam ꝙ praepoſitiones actō deſeruientes ſunt apđ. ante ⁊c. q̄ ſequūt̃. Deinde ſubdit praepoſitiones abltō deſeruientes. atqꝫ mox q̄ ſunt vtriqꝫ caſui deſeruientes. tūc demū ponit praepoſitiones: q̄ nūq̄ reperiūt̃ niſi in compoſitione. cū reliqs partib⁹ orationis: ſed haec vberi⁹ explicabunt̃ libro tertio. vbi de praepoſitione diſſerem⁹. Enumerauim⁹ aūt hic praepoſitiones: vt pueri haberent illas in promptu: cū incipiūt partes orationis inter ſe connectere. Ntūs ſemper regit̃ a verbo. Regi aliam dictionem ab alia: nihil aliđ eſt q̄ eſſe appendicem illi⁹: vt in ordine conſtructionis aliqd ſignificet. Sed cū verbū vt ait Ariſtote. ſit orationis forma: neqꝫ ſine verbo poſſit eſſe illđ qđ graeci vocant axioma: qđ Boeti⁹ enūciationem: Cicero tū pronūciatū tū proloqū interpretat⁹ eſt, conſeqns eſt vt omnes partes orōnis a verbo regant̃ immediate: vel media aliqua parte orationis. Dicit igit̃ in primis ꝙ ntūs a verbo ⁊c. Nam vt verbū perſonale nūq̄ poteſt eſſe ſine nominatiuo. ſic nominatiuus ſine verbo perſonali eſſe nō poteſt. ergo merito ab illo regitur tanq̄ ab orationis forma: ⁊ dat illi ſuppoſitū tanq̄ accidenti. Genitiuus praeter illaꝫ communē ſignificationem: qua regitur a nomine appellatiuo ex vi poſſeſſionis: aliquando regit̃ ex natura ſpeciali nominis. vt vini plen⁹. vel verbi vt impleo vini vaſa a nomine inq̄ appellatiuo: qꝫ ſi ꝓprio iūgat̃: appellatiuū ibi ſubintelligit̃. Vergil. j. aeneidos vni⁹ ob noxam ⁊ furias aiacis oilei. vbi Serui⁹ notat ex figura graeca dictū eē: qua vtimur circa patres ⁊ maritos tantū. vt aiacis oilei intelligam⁹ filiū. deiphobe glauci intelligim⁹ filiaꝫ. hectoris andromache: intelligim⁹ vxorem: quinimmo haec figura latius patet. Nam Euſebi⁹ Pamphili dictus eſt ſubaudi amicus. et Terentius in Andria. huius Byrriam: ſubaudi ſeruum. nam pronomen loco nominis proprij ponitur.

Datiuus plerūq₃ regitur a uerbo ex ui acquiſitionis nōnunq̄ uero a nomine ex ſpeciali ſignificatiōe.

Accuſatiuus plærumq₃ regitur a uerbo ex ui tranſitionis: uel a parte anteriori ex natura īfinitiui: uel media præpoſitione: nonnunquam etiam a nomine adiectiuo uel uerbo uel participio ex ui ſynecdoches.

Vocatiuus ſemper regitur a uerbo ſecundæ perſonę imperatiui modi in ratione ſuppoſiti ſunt qui dicant aliquando poni abſolute.

Ablatiuus plærumq₃ regitur a uerbo media præpoſitione nonnunq̄ ex ſpeciali nominis uel uerbi ſignificatione.

Effectiu⁹ plærūq₃ regitur a uerbo uel participio ex ui inſtrumēti quo aliquid fit. aliquando ex ui cōparationis: aliquando ponitur abſolute.

Datiuus plaerūq₃ regitur a verbo ex vi acquiſitionis: atq₃ etiā cuiuſcūq₃ rei attributiōis ſiue illa ſit vtilis ſiue dānoſa ſiue indifferēs: regitur etiā nōnunq̄ a noīe ex ſpeciali ſignificatiōe. vt vtilis amico. difficilis vxori. iucūdus familiaribus. Actūs plaerūq₃ regitur a verbo ex vi trāſitiōis. vt amo vxorē: vel a parte ante ex natura infinitiui. vt oportet me amare. vel media ꝓpoſitiōe. vt eo ad forū. vel ex vi ſynecdoches a noīe adiectiuo. vt niger oculos. vel a verbo vt expleri mentē nequit. vel a participio. vt nodoq₃ ſinus collecta fluētes. Vocatiuus. haec regula multū nouitatis attuliſſe videtur ijs qui dicebāt vocatiuum aliq̄n poni abſolute: qd eſt cū oratio ex recta fit obliqua: hoc eſt ex ſcda perſona ad quā loquimur fit trāſitus ad tertiam de qua loquimur. vt ſi dicas o Caeſar legat Pōpeius. intelligitur audi vel auſculta vel intende: qd ita eſſe facillime probatur ex interpretatiōe pſalmi. xxi. cuius initium eſt apud haebreos idipſu₃ qd dominus noſter atq₃ ſaluator dixit i cruce hoc eſt eli eli lama azabtani. qd euangeliſta interpretatur. deus meus deus meus vt qd dereliquiſti me. At vero ſeptuaginta interpretes verbū ſubintellectum: vnde vocatiuus ille regebatur: expreſſerunt dicentes. Deus deus meus reſpice in me: q̄re me dereliquiſti. aut qua ratio fuit aliquid addendi: qd in hebraico nō legebatur. ſi non erat in illis ipſis verbis cōcluſum. Illud qd adhuc maius eſt auſim affirmare: etiam ſi exprimatur ſcda imperatiui modi pſona: adhuc verbum qd attentionem ſignificet ſubintelligendū eſſe: a quo vocatiuus ille regatur. Quale eſt illud quod Marci. cap. v. legimus dicente dño. talita cumi. qd interpretatur puella ſurge. at euangeliſta cum interpretaᵣ: tibi dico interpoſuit: quod tantum valet quantum audi. qd erat incluſum in eo qd dixit puella ſurge. neq₃ enim ſaluator noſter dixit tibi dico: ſed aliquid morae adiecit: quod fere ſemper facim⁹ quoties vocatiuo vtimur: vt adiutor paret ſe ad ea quae dicturi ſumus. Nam et vocatiuus a graecis rectus dicitur: quemadmodū et nominatiuus: quia vterq₃ recte ſtans rectam ſubſtantiam ſignificet: vnde et verbo ſuppoſitum dare poſſunt. Ablatiu⁹ regitur a verbo media praepoſitione: aut ex ſpeciali nominis vel verbi ſignificatione. vt plenus vino. impleo vino. Effectiuus de quo plura libro. iij. cum de caſibus nominum diſputaturi ſumus dicenda ſunt: plaerumq₃ regitur a verbo. vt malo me Galatea petit. caeſus ferroq₃ petitus. regitur etiam ex vi comparationis. vt doctior illo. aut ponitur abſolute. vt ducente deo expedior. ducente deo non regitur. quia per ſe orationem quodammodo facit licet imperfectam qualis eſt ſubiunctiui modi: in quam reſolui conſueuit. vt nato Ieſu in Bethleē. pro quo Hieronymus vertit. cum natus eſſet Ieſus in Bethleem.

## Liber ſecūdus de genere & declinatione nominū & de præteritis ſupiniſq₃ uerborum.

Liber ſecundus. In ſuperiori libro facta ſunt prima artis grammaticae fundamenta: rudia illa quidē et inelaborata. ſed que paulatim elimanda ſunt. et cum puerorum aetate coaleſcere debēt. Quale eſt illud quod de genere nominum pronominum et participiorum dicebamus. maſculinum eſſe quod declinatur cum hic foemininum quod declinatur cum haec. neutrum quod declinatur cum hoc. In ſermone namq₃ graeco. hebraico. punico. aut deniq₃ cuiuſq₃ alterius linguae quae articulis vtitur praeceptum illud ſufficiens erat. cum in ſerie orationis nomina plaerumq₃ articulos habeant connexos. At vero latinis qui ex idiomate articulos ignorant regula illa non ſuffragatur neq₃ ob aliam cauſam fuit propoſita niſi vt pueri confuſam quandam generis haberent cognitionem. Nam ſi puero interroganti muſa cuius generis eſt. foeminini reſpondeas quia declinatur per haec. ſubijciet ille rurſus quare declinatur per haec. reſpōdebis opinor quia generis eſt foeminini. ergo circulum feciſti. quod in doctrina q̄ ſit vitioſum Ariſtot. in poſterioribus analyticis praeclarae demonſtrat. Quoniam ſi foemininum iccirco eſt. quia per haec declinatur. et rurſus per haec declinatur q₂ eſt foemininum. nunq̄ omnino ſcire poterimus muſa cuius generis eſt. Quare ne pueri diutius a nobis eludantur. tradendae ſunt illis regulae. quibus non per articulos qui in ſermone latino nulli ſunt. ſed per ſignificatiōes aut terminationes poſſint genera nominum cognoſcere. Sed quemadmodum ſupra memorauimus. icirco nominum gen⁹ cum declinatione et verborum praeterita cum ſupinis. hoc eſt capita quattuor ſumus carmine proſecuti. quod in tota grammatices arte nihil eſt tam varium. tam multiplex. tam lubricum et labile. ſed neq₃ quod magis in promptu ſit habendum quam rem facilius carmine aſſequi poterimus. Illud autem mihi in hoc loco praefandum eſt. non eſſe carmina haec talia. ex quibus laudem mihi poſſe comparari ſperem. quippe quae ſunt ijs de rebus. quas muſae plurimum aduerſantur atq₃ reformidant. et quas plaerumq₃ propter ſyllabarum contumaciam verſus heroicus. quo facillius res huiuſmodi ſcribuntur. non admittit. vt atagen. comparatiua. inchoatiua. in quibus dictiōibus ſyllaba breuis duabus clauditur longis. Circuitiōe vero ſi vteremur. res ipſa obſcurius diceretur. quod fecimus in illo hemiſticho. Et quod dat ſeruo nomen. pro eo qd eſt ſeruitus. quod heroicum carmen nō recipit. Cumq₃ nulla dictio latina per. eu. diphthongon ſcribi poſſit. nos ita hoc nomine neuter neutra neutrum vſi ſumus. perinde ac ſi graecū eſſet. Nam. e. et. u. vocales in diphthongon coire ſaepe fecimus niſi mauis id per ſynereſim poſſe fieri. Lu₃ enim ſcripſi Neutra ſiler robur. ſi eu. non coeat aut per diphthongon aut ſynereſim. primus pes proceleumaticus eſt quē hic verſus recuſat. Cum vero dixi. Dictio non nomen pro nomine ſit tibi neutra. anapeſto vſus ſum. qui paris habet tempora cum ſpondeo et dactylo.

# Liber ſecundus.

¶ Capitulum primum de genere. nominum.

F Oemina maſcq̄ gen⁹ nullo mōſtrāte reponūt
Maſcula ſunto tibi q̄ſi maſcula. foemineū q̄.
Sit quaſi foemineum. Mars eſt pro teſte. Venuſq̄.
Eſt duplicis generis recipit quod ſexus uterq̄.
Eſt cōe trium: quod ad hæc iungis quoq̄ neutro.
Menſes cum fluuiis ſexu diſtingue uirili.
Arboris eſt nomen muliebre. Sed excipiatur.
Hic rubus & dumus foliiſq̄ oleaſter amarus.

Foemina maſq3 gen⁹ &c. Praemittit regulas gn̄ales q̄ colligūt ex noīm ſignificatiōe gn̄ali: ⁊ q̄ terminationū regulis pferēdae ſunt. Eſt igit̄ ſigt̄ōis regl'a: q̄ noīa ,ppa ſiue appellatiua ſexus alterutrius ſi ſunt maſculoꝝ gn̄is ſunt maſculini. Si foeminaꝝ foeminini: quā rē ſola natura duce poſſum⁹ itelligere: ēt ſi nob id monſtrauerit nemo. Nā vt Priſcian⁹ ait: duo ſunt gn̄a q̄ ſola ratio naturę nouit: maſculinū ⁊ foemininū. Neq3 id ſolū i hūana ſpecie: vt hic vir. hęc mulier. hic papa. haec obſtetrix. hic Myſia. haec Glyceriū: ſed etiā i alijs rebus: in quibus pe. genitalia membra aut p certa quaedam ſigna marem a foemina ſeparam⁹ quemadmodum equum ab equa, aſinum ab aſina. ceruum a cerua, canem ⁊ bouem mares a foeminis genital': galluꝫ vero a gallina tum criſta: tum cauda: tum etiam calcaribus, atq3 alias animantes certis quibuſdam inſignibus natura diſtinxit. In quibus vero ſub altero tantum genere ⁊ terminatione vtrūq3 ſexum intelligimus: qualia ſunt illa quae graeci epicaena: latini promiſcua conſueuerunt appellare: ſi neceſſe habuerimus ſexū diſtiguere: additamento id facere poſſumus: vt qm̄ perdix gn̄e foeminino ſemp latini hmōi vſus pfert: ſi fuerit grādiuſcl'a: aut calcarib⁹ armata: aut foeminā interit: aut aliđ qddā fecerit qđ ſit maris ppriū: recte poſſum⁹ dicere hic pdix maſcul⁹ ē. Ambro. q3 in epl'a ad Irenū tractās illđ Ieremię cap. xvij. clamauit perdix: congregauit q̄ non pepit: graecos ſecutus ſemp perdix genere maſculino ptulit. eodē mō aquila maſcul⁹. piſcis foemina. Oui. ni. ij. de arte. Inuenit in media foemina piſcis aqua. Et Varro Fabiū pictorē ſecut⁹ lupū foeminā dicit. quēadmodū Quin. in. j. lib. refert. Maſcula ſunto tibi. Scđa ſigtionis regula eſt: q̄ noīa eaꝝ reꝝ q̄ ſexū diſcretū non habent: ſi res illas tales imaginamur ⁊ fingimus: aut de illis ita loqmur quaſi ſint maſculi aut foeminae: generis ſunt maſculini aut foeminini. vt hic mars. haec venus. ſic eīn de dijs gentiū poetae fabulant̄. quaſi ſexū habeant. ⁊ qđ mars venerē adulterauit, quodq3 illa ex Anchiſe gneā genuit: ⁊ talia q̄dam q̄ in naturā diuinā cadere nullo mō poterant. Sic pterea illū pingunt armatū ⁊ viriles pugnas tractantē. quēadmodū ⁊ illā fluxiori veſte ⁊ mūdicijs mulieb͛rib⁹ deditā. Quāq̄ Varro in pmo li. de re ruſtica venerē inter deos mares poſuit: qđ etiā Vgi. ſignificare viſus eſt cū. ij. aeñ. dixit. Ducēte deo. i. venere flammā inter et ignē expedior. Idē q3 li. ſatur. j. Macrobi⁹ ꝯfirmat autoritate Calui. Leuini. Ariſtophaniſq3 poetaꝝ. Eadē ratiōe angeloꝝ q̄dā ,ppria noia gn̄is ſunt maſculini. vt michael. gabriel. raphael. thron⁹. ptim foeminina. vt vt⁹. dn̄atio. poteſtas. ptim neutra. vt daemoniū cherubin ⁊ ſeraphin. q̄ in nūero mltitudinis nr̄i gn̄e neutro protulerūt: cū tū autore Priſcia. in. v. li. hebraica lingua gen⁹ neutrū nō habeat: ſed forte fecerūt vt oñderet ſpūs illos nō habere ſexum diſtinctū: quēadmodū oſtreū. ſcortū. mancipiū. ſeruitiū. ſub qb⁹ vtrūq3 ſexū intelligi voluerūt. Dicit ergo q̄ noia quaſi maſculina ſunto. i. ſint maſculina. i. gn̄is maſculini. ⁊ nomē quaſi foemineū ſit foemineū. i. gn̄is foeminini. vt mars de⁹ belli: ⁊ ven⁹ dea amoꝝ. p teſte. i. p exēplo. Qđ ſi p metonymiā mars p bello accipiat̄. lar p domo. neptunus pro mari. aut rurſus ven⁹ p libidine. ceres p frumēto. tell⁹ p terra: q̄ figura freq̄ns eſt apđ poetas: nihilomin⁹ ſuū genus retinent. Eſt duplicis gn̄is. Tertia ſignificationis regula ē: q̄ noia q̄ ex ipſa reꝝ ſigtione ad mares ⁊ foeminas ptinēt, cōia ſunt duoꝝ generꝝ vt hic ⁊ haec paup. homo teſtis. Noia pterea q̄ ex ipſa reꝝ ſigtione ad mares ⁊ foeminas ptinent: atq3 etiā neutris iūgi pn̄t. cōia ſunt triū generꝝ. hic ⁊ haec ⁊ hoc paudēs ſapiēs. foelix. Sed qm̄ haec regula ad innumeras ppe dictiōes ptinet: in qb⁹ aliqua fuerit difficultas quo gn̄e ſint pferēdae p reglas terminationū facili⁹ explicabit̄. Dicit igit̄. illđ nomen ē duplicis gn̄is qđ vterq3 ſex⁹. hoc ē maſculinū ⁊ foemininū recipit. Et illđ nomen ē cōe triū genꝝ: qđ ad haec. i. vltra duo illa gn̄a iūgis neutro q2 maſculinis ⁊ foemininis ⁊ neutris iūgi poteſt. Meſes cū fluuijs. Quarta regla ſigtionis ē q̄ q2 menſis gn̄is ē maſculini noia quoq3 mēſiū gn̄is ſunt maſculini. vt hic aprilis. qntilis. ſextilis. ſeptēber. Praeterea q2 fluui⁹ gn̄is ē maſculini nomia quoq3 fluuioꝝ gn̄is ſunt maſculini. vt hic arar. garūna. baetis. atax. Prop. lib. ij. Teſtis arar rhodanuſq3 celer. magnuſq3 garūna. Mar. baetis oliuifera crinē redimite corona. Itē in eodē. Quē tremeret forti milite vict⁹ atax. Sequunt̄ tñ aliqñ gen⁹ terminationis. Lu. in. vij. Et dānata diu Romanis alia faſtis. Oui. iiij. faſto. Clauiger ⁊ tanto ē albula pota deo. nā albula is ē q poſtea tybris fuit appellat⁹ Mar. tñ lib. xj. maſculino iūxit dicens. Cui rector aquaꝝ albula nauigeꝝ p freta tendit iter. Luca. neutro gn̄e li. ij. Cruſtumi ūq3 rapax ⁊ iūcto ſapis iſauro. Idē in. iiij. Et tepidū in molles zephyros diſcurrit iader cruſtumiū ⁊ iadir etiā rōne ſigtionis pn̄t eſſe neutri: q2 flumina intelligunt̄ qđ Hora. expſſit in arte poetica dicēs aut flumē rhenū aut pluui⁹ deſcribit̄ arc⁹. Idē. iiij. car. Teſtis metauꝝ flumē ⁊ hānibal deuict⁹. nā teſtis etiā neutris iūgi poſſe ſuo loco dicem⁹. Arboris ē nomen. Quinta regla ſignificationis ē q̄ q2 arbor gn̄is ē foeminini noia quoq3 arboꝝ gn̄is ſunt foeminini. vt haec prun⁹. pyr⁹. ſorb⁹. pin⁹. laur⁹. pplus. Excipiunt̄ gn̄is maſculini. hic rub⁹ dum⁹. Sꝫ rubus q2 frutex potius ē qđ ad arboris altitudinē nō aſſurgit. Vg. in buco. Ferat ⁊ rub⁹ aſper amomū q̄q̄ ſerenus foemininū etiā ptulit dicens. Mandit̄ apta rub⁹ gingiuis. Dum⁹ vero q2 nō tā certū quoddā genus fruticis q̄ fruticē ipm ſigt̄. Oleaſter quoq3 q2 degenerat ab oliua maſculino gn̄e quaſi fruticē protulit Vergi. ij. geor. Iudicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem plurimus. Quod vero dixit amarus folijs. alluſit ad illud Vergilij. folijſq3 oleaſter amaris. Calphurnus tamen neutro genere protulit aeglogis. Me teneras ſalices iuuat aut oleaſtra putare. aut poteſt eſſe ab eo quod ē hoc oleaſtrum. ſic eīn poſſum⁹ dicere ab oleaſter oleaſtrum, a pyrus pyraſter ⁊ pyraſtrum. Plinius libro. xv. pinaſter nihil aliud eſt q̄ pinus ſiluestris. copioſam dat haec materiam genere foeminino dixit haec. Theophraſtus quoq3 interprete Theodoro gaza libro quarto de ſtirpibus ſicut pinaſtri inquit quae in locis vmbroſis naſcuntur. Idem quoq3 autor eodem interprete ſub alia terminatione in genere neutro protulit in primo eiuſdem operis pinaſtrum inquit ampliſſimum pulcherrimumq3 apricis locis emigrat. Idem in. ij. Exit ex pyro vitiatum pyraſtrum cū alias pyraſter ſaepe dixerit. Spinus ſpini Vergil. ij. georgicorum. ſpino ⁊ pruna ferentes. genere maſculino dixit.

figura ſintaſis

Neutra quoq; ſunt. ſiler. robur: ſuber. laburnũ. Vergi. ij geor. molle ſiler lẽteq; geniſte. vbi Seruius notat genꝰ neutrum raro de arbore inueniri. Theophra. li. ij. de ſtirpibus Theodoro interprete. quidã robur ⁊ nucẽ auellanã florere exiſtimãt. Idẽ eodẽ interpte. li. j. Suber etiã viride leue eſt: niſi forte hic de ligno locutus neutro gñe eſt vſus. nam Pli. li. xvj. maſculino gñe dixit. ſerotino aũt germine malus tardiſſimꝰ ſuber. Idẽ in eodẽ. iuglãdes caſtanee. laburnũ alpina hec arbor nec vulgo nota: q̃ cũ ſola materia cẽſeatur merito gñis eſt neutri: pſertim cũ gñis neutri terminationẽ habeat. quẽadmodũ Verg. de materia hebeni dixit. India nigrũ fert hebenũ. Idẽ li. j. eiuſdẽ operis. ⁊ torno raſile buxũ. Et. vj. eneid. mirata volubile buxũ. Oui. j. de amoribus. At nuper vile fuiſtis acer. Multa pterea arborũ peregrinarũ noĩa quarũ materia tantũ ad nos puenit: neutro gñe inueniũtur ab oratoribus plata. vt bdeliũ: balſamũ. cinamomum. Inſula cincta mari. Sexta regula eſt. q̄ q: inſula. nauis. vrbs. fabula poetica gñis ſunt feminini: noĩa quoq; inſularũ. nauium. vrbiũ. fabularũ. ex ratione ſignificatiõis gñis ſunt feminini. Itaq; quattuor partes cõtinet. Prima eſt. q̄ noĩa inſularũ feminina ſunt. vt Samos. Chios. Leſbos. Verg. j. eñ. poſthabita coluiſſe ſamo. Hora. j. epla. quid tibi viſa chios Bullati notaq; leſbos. Sequitur tñ aliqñ genus terminatiõis. vt Oui. xj. met. ⁊ mytylinei potiũtur littore leſbi. Hora. igit̃ ex rõne ſignificatiõis ptulit leſbos gñe feminino. Oui. eñ. reſpiciens terminationẽ gñe maſculino. Nauiũ quoq; noĩa gñis eſſe feminini poetarũ vſus oſtẽdit. vt cẽtaurus. piſtris. argo. Vergi. v. eñ. Cẽtauro iuebit̃ magna ſcyllaq; cloãthꝰ cerulea. ⁊ ibidẽ. partẽ roſtro pmit emula piſtris. Ibidẽ in buc. erit altera q̃ vehat argo delectos heroas. Noĩa pterea vrbiũ gñis ſunt feminini. vt ſeſtos. abydos. ſagũtos. caſtulo. pneſte. Oui. i epla Leãdri. vel tua me ſeſtos: vel te mea ſumat abydos. Silĩ. li. j. ceu tua ſagũtos igne micet. Idẽ li. iij. fulget pcipuis pnaſia caſtulo ſignis. Ver. viij. eñ. pneſte ſub ipſa. Iuue. qs. timet aut timuit gelida pneſte ruinã. Idẽ tñ. j. geo. terminationẽ reſpiciẽs dixit. pōtꝰ ⁊ oſtriferi fauces tẽtant̃ abydi. Luca. li. iij. obſeſſum Peno geſſit qđ marte ſagũtũ. ⁊ Iu. atq; coronatũ ⁊ petulãs mãdidũq; tarẽtũ. Verg. vij. eñ. qq; altũ pneſte viri. Silĩ. iij. pu. ⁊ celebꝛe oceano atq; alternis fluctibus hiſpal. ⁊ Mar. fluctus paſſeris aut ſupbus anxur. qđ oppidũ etiã gñe neutro ptulit Hora. j. ſer. ipoſitũ ſaxis late cãdẽtibꝰ anxur. Noĩa quoq; poematũ hoc eſt comediarũ tragediarũ ⁊ fabularũ poeticarũ gñis ſunt feminini: vt eunuchus heautõtimorumenos. thyeſtes. eneis. ilias. Terẽ. eas ſe nõ negat pſonas trãſtuliſſe in eunuchũ ſuã. Idẽ. hodie ſum acturus heautõtimorumenõ duplex: q̃ ex argumẽto facta eſt ſimplici: ⁊ ſi cũ Quin. dicã varij thyeſtes cuilibet grecorũ cõparãda eſt. Papi. xij. the. neq; tu diuinã eneida tẽta. ⁊ Perſi. nulla tibi vẽdo iliada. Qđ vero Iu. dixit ſcriptꝰ ⁊ in tergo necdũ finitus oreſtes. ad virũ potius illũ q̃ ad fabulã reſpexit. Sũt q dicãt nomẽ fabule cũ eſt appellatiuũ: debere eſſe gñis feminini. cũ vero ppriũ: retinere genus ſuũ. Nã qđ Verg. buc. geor. neutro gñe inſcripſit: alia figura dictũ eſt. cũ neq; illa pp̃e poemata dicãtur: q̃ Ariſt. autore i li. de arte poeti. debẽt eſſe vnĩꝰ rei ⁊ cõtinuate. ad qđ videt̃ alluſiſſe. Oui. cũ in principio ſue meta. ſcripſit. Primaq; ab origine mũdi: ad mea ppetuũ deducite tẽpora carmẽ. Dicit igitur inſula cincta mari. ad differẽtiã inſule vrbane. hoc eſt noĩa inſularũ: ⁊ nauis i. noĩa nauiũ: ⁊ poema. i. noĩa fabularũ. cũ vrbe i. cũ noĩbus vrbiũ. ſunt gñis feminini ex rõne ſignificatiõis. Dictio nõ nomẽ. Septima regula eſt q̄ dictio q̃ a prima poſitiõe ſua nõ eſt nomẽ: ſi ponatur p noĩe gñis eſt neutri: q̃ regula nõ de pnoĩe ſz de alijs ptibus orõnis itelligitur: q: pnomẽ nõ ponitur p noĩe ſimplr̃: ſed p noĩe pprio tñ. dictiones aũt hmõi aut ſunt verba. aut participia. aut aduerbia. vt hoc amare. viuere. aue. ſalue. vale. Terẽ. i eunu. extrema linea amare nõ nihil eſt. i. amoris. Per. aũt genꝰ expſſit in. j. ſaty. Nrm iſtud viuere triſte aſpexi. i. nrãm iſtã vitã triſtẽ. Mart. aue latinũ chere nõ põt grecũ exprimere. Oui i epla Laodomie. vix illud potuit dicere triſte vale. Participia quoq; vt hoc incõueniẽs. accidẽs. cõtingẽs. antecedẽs. gñis. Intelligo aũt de pticipijs q̃ nõ iũgunt̃ ſubſtãtiuis maſculini aut feminini gñis: cũ exprimunt̃: aut cũ ſupprimũtur. nã illa oriẽs. occidẽs maſculina ſunt: q: itelligit̃ ſol. pfluẽs. pfluẽs. torrẽs eque maſculina: q: ſubintelligit̃ fluuius: aliqñ tñ ſeq̃ pfluẽs dr̃. vt apud Liuiũ. j. ab vrbe. pueros in pfluẽtẽ aquã mitti. Cõtinẽs p̃o femininũ eſt q: terra ſubintelligit̃: cõſonãs q: lr̃a ſed de his cũ de gñe participiorũ differet̃: plura dicemꝰ. Aduerbia quoq; gñis ſunt neutri vt decẽter. belle. euge. ſophos. cras. Perſi. quin optes tepidũ hoc audire decẽter. Idẽ euge tuũ ⁊ belle. nã belle hoc excute totũ. Idẽ ecce aliud cras egerit hos ãnos. Mart. audieris cũ grãde ſophos dũ baſia iactas. Idẽ alio loco. Qđ tã grãde ſophos clamat tibi turba togata. interptatur aũt ſophos ſapienter. Illa quoq; decies. vicies. cẽties. ponũtur ſepe pro noĩe ⁊ ſunt neutrius gñis. Mar. nõ plenũ modo vicies habebas. Idẽ in alio loco. Hic vbi ſit decies mater qđ auara reliquit. Neutras pone notas. Octaua regula ſignificatiõis eſt: qđ noĩa lr̃arũ grece ⁊ latine gñis ſunt neutri: ⁊ hoc q: grece grãmata: dr̃ latine vero elemẽta. vt hoc alpha. beta. iota theta. Mart. eſt operepciũ diſcere theta nouũ. ⁊ Perſius. ⁊ potis es vitio nigrũ pfigere theta. Hierony. in euangelio. Nõ pertranſibit neq; vnũ iota. neq; vnus apex. eadẽ quoq; ratiõe dicemus. omicron. ypſilõ: ⁊ vnũ. a. ⁊ duo. b. tria c. Ex rõne quoq; ſignificationis q: litera generis eſt feminini: literarũ nomina aliqñ genere feminino pferimus. vnde alias appellamus vocales. alias ſemiuocales. alias mutas. alias liquidas. Dicit igitur neutras pone notas. i. lr̃as hoc eſt literarum nomina: ſiue ſint greca ſiue latina. ⁊ ſunt indeclinabilia.

Neutra ſiler: robur: cum ſubere iunge laburnũ.
Inſula cincta mari: nauis: cumq; urbe poema.
Foeminei generis ſunt cauſa ſignificati.
Dictio non nomen pro nomine ſit tibi neutra.
Neutras pone notas ſeu grecas ſiue latinas.
Sepe tamen profert muliebre ſermo latinus.

Regulę terminationis:

Nomen quod ſit in. a. finitum: dic muliebre.
Accedũt maribꝰ popa uẽter: ſcriba: laniſta.

Nomẽ qđ ſit in. a. Propoſitis reglis gñalibꝰ ad cognoſcẽdũ genꝰ noĩm ex rõne ſignificatiõis. nũc qđ reliquũ eſt quoq; ſub nulla ex illis regulis cõtinet̃: p terminatiões ordinis alphabetarij diſponit: ſic tñ vt prius vocales deinde cõſonãtes digerãtur. Dicit itaq; in pmis q̄ noĩa terminata i. a. gñis ſunt feminini. vt hec muſa. grãmatica. terra: fortũa. Excipiunt̃ pauca gñis maſculini popa cũ p vẽtre ppigui accipit̃. nã gñis eſſe maſculini. Phocas teſtat̃. dixit aũt popa vẽter alludẽs ad illud Per. aſt illi tremit omẽto popa vẽter. Pope etiã dicebãtur miniſtri ſacrorũ ſiue victimarij. Prop. li. iiij. ſuccictiq; calẽt ad noua ſacra pope. Spartia. in geta. pcuſſit iquit hoſtiã popa noĩe Antoniꝰ Per. itaq; nõ tã ppigui ⁊ obeſo q̃ p phagone ⁊ heluone vẽtre dixit. aſt illi tremit omẽto popa vẽter. Scriba. laniſta.

Et notandum q̄ nomina vrbium aliq̃ declinant̃ in numero plurali terminata in. i. et maſculina vt burgi. orum. ... et aliq̃ terminant̃ in e. et ſunt feminina vt athene. arum. aliq̃ terminant̃ per. a. et ſunt neutra vt Ieruſolima. orum. ...

Scurra.lixa.qꝛ noĩa ſunt officioꝝ ad ſolos mares ꝑtinẽtis:ideo ſub gñe tñ maſculino ponũt. Adria quoqꝫ ꝓ mari ſiue adriatico ſinu ſemꝑ maſculinũ repit. Luc.i.v.ſonat ionio vagꝰ adria põto. Hora.ij.car. Adria diuiſus obiecto remittas ꝗrere.⁊ in.iij.improbo iracũdioꝛ adria.⁊ in eodẽ.dux inqeti turbidus adrie. Sene.i thyeſte. aut ſeuo rapidus freto vẽtoſi tumoꝛ adrie. Priſ.impibegeſi.necnõ ſinus adria vaſtus. Uacia.pãſa.verna.rabula.cacula.agrippa ⁊ ſi rõne ſignificatiõis ad mares feminaſqꝫ ꝑtinere pñt:nunꝙ tñ niſi de maſculinis dñr. Noĩa quoqꝫ greca venĩctia a noĩbus terminatis in es.ꝗ ad primã noĩs declinationẽ latinã referunt gñis ſunt maſculini:quẽadmodum ⁊ apud grecos erãt. vt hic ſcythes.e. ſcytha.e. hic nautes.e.nauta.e.hic ſophiſtes.e.ſophiſta.e.⁊ hic poetes.e.poeta.e.hic ꝓphetes.e.ꝓpheta.e hic thecnites.e. thecnita.e.hic ſarmates.e.ſarmata.e.hic getes.e. geta.e. ãmonites.e. ammonita.e. moabites.e.moabita.e. Hora.ij.car.quid bellicoſus cantaber aut ſcythes. Cic.v.tuſ. Scythes anacharſis potuit pro nihilo pecuniã ducere

Scurraq; cum lixa:ſinus:adria:uacia:panſa.
Vernaq; cũ rabula:caculaq;:agrippaq; iunges.
Et quod ab es greco conſtat ueniſſe latinum.
Cuius fœmineum plerumq; fit in tria uel.tis.
Quod declinatum dat tertia:dicito neutrum.
Compoſitum a uerbis:eſto:commune duorum.

Idẽ in academicis.at quis eſt nũc ſophiſtes:ſic eni appellant qui oſtẽtatiõis aut q̃ſtus cauſa philoſophãtur. Verg.in v.cõſilijs pare q̃ nũc pulcherrima nautes dat ſenioꝛ.nautes eñ nauta interpretat. vnde ⁊ Propertius nauta cognominatus eſt:qꝛ ex familia nautarũ fuit. Deute.xxiij.ammonites ⁊ moabites etiã poſt decimã gñationẽ nõ intrabũt eccleſiã dñi.⁊ eodẽ modo de reliquis que oĩa ſub hac terminatiõe gñis ſunt maſculini. nã feminina in.tis. vel in tria exeunt.vt ſcytha.e.ſcythis.idis. Oui.v.meta. Exercere artes ſcythides memorãtur eaſdẽ. Eodẽ modo nauta.e.nautis idis.ſophiſta.e.ſophiſtis.idis.poeta.e.poetis.idis ꝓpheta.e.prophetis.idis.vel propheteſſa. Perſius. coruos poetas ⁊ poetidas picas:nõ poetridas:vt quidã codices habẽt. Iſraelita.e.iſraelitis.idis. Leuit.xxiiij. Ecce nũc egreſſus filiꝰ mulieris iſraelitidis quẽ peperat de viro egyptio inter filios iſrael.iurgatus eſt in caſtris cũ viro iſraelita. Sedulius quoqꝫ leuitis gẽs dixit in paſchali. Ambro.tñ in euãgeliũ Luce cũ loqret de Eliſabet ⁊ Maria cognata:inquit:qꝛ ambe iſraelite erãt:ſed ſuſpicamur mẽdũ eſſe.qꝛ idẽ paulopoſt dixit: vtiqꝫ Ruth itrauit in eccleſiã:⁊ facta eſt iſraelitis. Prudentiũ vero nulla ratio excuſare põt:cũ in pſychomachia dixit:ſodomita libido.⁊ in vita Emetherij ⁊ Celedonij martyrum hymniſtas idẽ dixit. Madianites.itis. Nume.xxv. Mulier madianitis: ꝗ pariter interfecta eſt: vocabatur cozbi.⁊ pauloante.qui occiſus eſt cũ madianitide. Iezraelita.itis.carmelita.itis. Parali.j.cap. iij. Dauid habuit primogenitũ ammon ex achinoe iezraelitide:ſcd̃m Daniel de abigail carmelitide. Iudicũ.iiij.erat aũt delbora ꝓphetis.⁊ Lucas.eodẽ interprete.erat anna ꝓpheteſſa.pro quo in greco habetur prophetis. A moabita quoqꝫ idẽ Hiero.fecit moabitis.idis.li. Ruth.ſepe.vt hec eſt moabitis ꝗ venit cũ noemi de regione moabitide.a Sauromata.atis Põponius mella.li.iij. Amazones:quas ſauromatidas appellabãt.⁊ a ſarmata.atis.idis. Mar. Venit ⁊ epoto ſarmata paſtus equo. Oui.j.de põto. Terreat ⁊ manes ſarmatis vmbra meas. Dicimus tñ a cythariſtes.riſta. iſte. ⁊ cythariſtris.iſtrie.tympaniſtes.niſta.e.tympaniſtria.iſtrie.pſaltes.pſalta.e.pſaltria.e.cymbaliſtes.liſta.e.cymbaliſtria.e.ſambuciſtes.ciſta.e.ſambuciſtria.e. Liui.ab vrbe condi.li.xxxix. Tũc pſaltrie ſambuciſtrie: ⁊ conuiualia ludionũ oblectamẽta. Iuue.ꝗ pſaltria penẽ maioꝛẽ intulerit. Quin.maſculino vſus eſt li.j.ſi pſaltes inquit ⁊ geometres multa dicit dediſſe.ab eo quoqꝫ qḋ eſt tympaniſtes iſtria.fecit Hiero.in pſal. In medio inquit iuuenculaꝝ tympaniſtriaꝝ. Illud etiã cõſiderandũ eſt nullũ eſſe nomẽ latinũ:qḋ in iſta terminet.vt ignari latini ſermonis dicũt. artiſta. terminiſta.licet tñ a grecis hmõi denoĩatiua formare:vt hic canoniſtes vel canoniſta.origeniſtes vel origeniſta. quoꝝ feminina mittũt in.tis.vt canoniſtis.idis.origeniſtis.idis. Rõne quoqꝫ ſignificatiõis iueniũtur noĩa mõtiũ in hac terminatione gñis maſculini. Oui.in ibin.vtqꝫ dedit ſaltus ⁊ ſumo theſſalus oſſa.in eodẽ. Plurima ꝙ flãma ſicanus ethna vomit. Idẽ tñ alibi terminationẽ reſperit dicẽs. Ingeſtaq; olympo ardua deuexũ peliõ oſſa tulit. Qḋ declinatũ.ꝗ tertie declinatiõis noĩa in.a.terminata gñis ſunt neutri. vt hoc emblẽma.atis.toreuma.atis.peripetaſma atis. ſchema.tis. Antiquioꝛes tamẽ per primã declinationẽ ſub feminino gñe ꝓtulerũt.vt Plau.in perſa.cũ decoꝛa ſchema. Laberius nec pythagoꝛeã dogmã doctus. Põponius:liber diademã dedit. Oui.tñ ſingulari exẽplo polẽta poſuit in genere neutro cũ ſit latinũ declinationis prime. Ait.n.meta.v.dulce dedit teſta qḋ coxerat ante polẽta. ⁊ paulopoſt cũ liqdo mixta pſudit diua polẽta. Tolerabilius nři mãna.mãmona.⁊ paſcha neutro gñe protulerũt:cũ ſint barbara ⁊ indeclinabilia:ꝗꝙ ſunt qui paſcha declinari contẽdant tũ per primã tũ per tertiã. Cõpoſitũ a verbis.ꝗ noĩa a verbis cõpoſita:quoꝝ ſignificatio ad mares ⁊ feminas ꝑtinet cõia ſunt duoꝝ generũ ſub hac terminatione. vt a gigno.is.hic hec terrigena.e.alienigena.e.a colo.is.hic hec celicola.e.agricola.e.a venio.is.hic hec aduena.e. conuena.ne.a ſequoꝛ ſequeris.hic hec aſſecla.e.pediſſequa.e.a fugio.is.hic hec transfuga.e.perfuga.e.ab ago.is.hic hec auriga.e.a cedo.is.hic hec homicida.e.parricida.e.a lego.as.hic hec collega.e. Phocas ſub gñe poſuit maſculino pleraqꝫ ex huiꝰ vt aſſecla.collega.transfuga.perfuga.homicida.parricida quaſi non ⁊ ſequi aliũ: ⁊ eſſe ex corpoꝛe alicuius collegij.⁊ transfugere ad hoſtes:⁊ parentẽ cedere ad feminas etiam multomagis pertineat ꝙ aurigam eſſe cũ Verg.li.xij eñ.dicat:nec currus viꝙ videt aurigamqꝫ ſoroꝛẽ. Qḋ vero quidã dicũt verbigenã ex ratione ſignificatiõis eſſe tñ generis maſculini:qꝛ vnus tantũ Chriſtus Ieſus eſt verbigena:nihil ad grãmaticũ pertinet:qui recte poterit dicere ſolẽ verbigenam.lunam verbigenam.quid qḋ nec Chriſtus verbigena debet appellari cũ non ſit verbo genitus. quin potiꝰ ipſe ſit verbũ genitũ:qꝛ generatione interna dicit a patre: ⁊ per qḋ reliqua omnia creata ſunt:dicẽte ſacra ſcriptura. verbo dñi celi firmati ſunt. Oĩa ergo preter vnũ Chriſtum ſunt verbigena.i.verbo genita.quẽquidẽ a gigno cõpoſita illo modo ſignificãt terrigena ex terra genitꝰ.martigena ex marte genitus. Iunonigena ex iunone genitus. ex ꝓportione igit verbigena verbo genitus qḋ de Chriſto an recte dicat iſti viderint:quibus nõ magis aſſentioꝛ ꝙ Prudentio qui in ode ante cibũ ſcripſit:o crucifer bone omĩps pie verbigena.qḋ ipſe quoqꝫ in hymno natalis chriſti interꝑtat dicens. Ex oꝛe quãlibet pr̃is ſis oꝛtus ⁊ verbo editus:inueniunt ꝗdã ex his noĩbus neutro generi adiuncta: vt qḋ pauloante diximus oĩa verbigena.ſed figurate:vel potius ꝙ antiquioꝛes hmõi noĩa ꝑ tres terminationes ⁊ tria gña declinabãt. Pacuuius.caprigeno generi gradibus greſſio eſt.⁊ Cice. in prognoſticis. caprigeni generis cuſtos. Actiꝰ ex taurigeno ſemine oꝛtam fuiſſe.⁊ hac ratione Valerius maxi.in.j.li.dixit.duo eiuſdem generis alienigena exempla.

Neutrũ nomẽ in.e.ꝙ noia latina terminata in.e.gñis ſunt neutri.vt hoc mare.cubile.monile. ⁊ a noibus adiectiuis
duoꝝ generũ cõibus ſub hac terminatiõe.is.vel maſculinoꝝ in.er.foemininoꝝ in.is.neutra p.e. vt hic haec breuis ⁊
hoc breue.hic alacer.haec alacris,hoc alacre.vel hic ⁊ haec alacris hoc alacre.graeca tamen generis ſunt foeminini.vt
haec libye.es.ſynechdoche.es.pẽtecoſte.es.Nerine.es.Vnũ nomẽ in.i.ꝙ noia in.i.deſinentia gñis ſunt neutri:q̃q̃
Priſcianũ ſecuti vnũ tñ poſuimus hoc gũmi.Pli.li.xiij.gũmi optimũ eſſe ex aegyptia ſpina conuenit.Vermiculatũ
purum.deterius ex amygdalis amaris.peſſimũ ex pru
nis.Colu.lib.xij.de re ruſti.genere foeminino eſt vſus
ſub terminatione.is.ſatius eſſe inquit noua dolia gum
mi liquida perluere.⁊ infra ſerias craſſa gũmi liuerũt:
⁊ iterum talis materies:qualis eſt gũmis.Eodem mo
do ſinapi gñi neutro poſuit Phocas.vnde Seren⁹.ſe
pius ergo decet mordax haurire ſinapi:atq; in hũc mo
dum ſemper vſus eſt Cornelius celſus.Reperitur ta
men ⁊ ſinapis gñe foeminino.Plau.in.pſeu.teritur ſi
napis ſcelerata.⁊ Colume.ſeq; laceſſenti fletũ factura ſi
napis.ami quoq; moly.meli.⁊ quedam alia noia pere
grina ſub hac terminatione in gñe neutro reperiũtur ꝓ
lata.Pli.li.xx.eſt cumino ſimillimũ:qḋ graeci vocant
ami.quidã vero Aethiopicũ cuminũ.Vg.i priape.quẽ
cur moly vocãt:mẽtula moly fuit.meli quoq; qḋ mel
interptatur:huius gñis eſt:ſed nõ repitur apud nos ni

Neutrum nomen in.e.Muliebria ſint tibi graeca.
Vnum nomen in.i.ſed neutrum dicito gummi.
O finita dabis maribus uelut unio gemma.
Foemineis iunges per io nec habentia corpus.
Additur atq; caro:coenatio:portio:quodq;.
Deſinit in.do.go.Tamẽ haec ſunt maſcula ꝑdo.
Ordo:pedo:comedo:ſpado:udo:cardoq; cerdo.
Et cudo:burdoq;:harpago:mango:ligoq;.
Ad duo cõmunis homo nemo iunge latronem.
Eſt comune trium praeſto quod ſum comitatur.
Neutrum nomen in.u.cornu eſt pro teſte geluq;.
C.D.neutra dabis.reperis tamen haec quoq; raro.

hoc nomen homo aliq̃ [illegible] … debet homonem

ſi in cõpoſitione.vt melilotos.melimelũ.Nihili vero ⁊ hmõi huiuſcemodi genitiui ſunt caſus:ab eo qḋ eſt nihilum ⁊
modus:quemadmodũ frugi ⁊ mancipi datiui:ab eo qḋ eſt fruges ⁊ manceps.vnde apud Plautũ ſaepe legimus.eſt
vir bonae frugi.Ergo haec nomina non ſunt cõia triũ generũ:vt dixit Phocas,ſed quẽadmodũ Priſcia. obliqui ca
ſus figurate cũ omnibus caſibus adiũcti.O finita.ꝙ noia in.o.deſinentia gñis ſunt maſculini.vt hic ſermo.hiſtrio.
vnio pro gẽma vel margarita potius grandiori.nã pro vnitate ſi vſpiam reperiretur.gñis eſſet foeminini.ergo addi
dit gẽma.vt ſignificaret lapillũ rẽ corporeã.Sed autore Phoca.i.ante.o.habẽtia q̃ rẽ incorpoream ſignificant:gene
ris ſunt foeminini.vt haec religio.rebellio.talio.perduellio.⁊ q̃ dñr verbalia.vt lectio.auditio.Caro quoq; gñis eſt
foeminini:quã antiquiores haec carnis declinabãt.Liuius in odyſſea:carnis ait:vinũq; qḋ libant.Liuius.xxvij.ab
vrbe con.carnis q̃ dari debet data non fuerat.Coenatio ꝓterea.i.locus vbi coenamus ⁊ ſi rem corporeã ſignificat:ni
hilominus tamẽ generis eſt foeminini.Mar.mica vocor.quid ſim cernis.coenatio parua.Portio quoq; q̃ñ rei cor
poreae pars eſt corpus ſignificat tñ ſemper generis eſt foeminini:ſuperioribus etiam annumerantur deſinentia in do.
vel in.go.vt haec albedo.fortitudo.formido.ferrago.fuligo.virgo quã nemo vnq̃ apud autores idoneos legit ma
ſculino genere:etiam ſi de Ioanne euangeliſta noſtri dicant:ꝙ illi virgini Chriſtus virginem matrem cõmendauit.
Ab hac exceptoria regula rurſus excipiuntur pauca nomina:quae duobus verſibus continẽtur:quoniam gñis ſunt
maſculini.vt hic predo.⁊c.ordo.inis.pedo.onis.ideſt qui pedes habet grandio:es.comedo.onis.qui nimium come
dit.ſpado.onis.vdo.onis.Mar.in diſticho.cuius titulus eſt vdones Cilices:⁊ in digeſtis titulo de auro ⁊ argento
legato.l.argumento.alia inquit eſt cauſa vdonũ.qui vſus calciamentorum praeſtant.Cardo.inis.cerdo.onis.cudo.
onis.Silius lib.viii.puni.Spicula bina gerunt capiti cudone ferino.capitis eſt armamentum ex corio.burdo.onis.
etiam his iungitur.vt digeſtis titulo de legatis.iij.l.item legato.ſella inquit vel burdones.iiij.quoq; regum lib.cap.
v.harpago.onis.Liui.xxx.ab vrbe con.aſſeres ferreo vnco praefixos harpagonas vocant milites.Plautus.noui ego
hos harpagones.mango mangonis.ligo ligonis.Ad duo cõmunis homo.ꝙ haec tria noia.homo.inis.nemo.inis.
latro.onis.cõia ſunt duoꝝ generũ.Verg.i.aeñ.nec vox hominẽ ſonat.o dea certe.Teren.in andria hoc ego ſcio vnũ:
neminem peperiſſe hic.Titinius qḋ rogas neminem decet bonam.Latro quoq; a neotericis cõis duorum generum
ponitur:cum apud idoneos autores nunq̃ foeminino genere reperiatur.ſicut nec leo:q̃q̃ dicat Seruius eſſe cõe duo
rũ generũ.⁊ fullo cũ eodem autore non mittat foemininum in.a.niſi ſit vſurpatum.Nec diſſimulandus eſt hoc in lo
co circulus:quem praeter vnum Phocam grãmatici omnes fecerunt:in genere ſupponentes declinationẽ:⁊ in decli
natione genus.Nam quomodo reliqui omnes grãmatici ꝑcepta tradiderunt:nunq̃ omnino ſcire poterimus noia i.
do.vel in.go.deſinentia cuius ſint gñis.aut quẽadmodũ mittũt gnũ.Eſt commune trium praeſto.ꝙ hoc nomen inde
clinabile praeſto cõe eſt trium generũ:⁊ ſemper iungitur huic verbo ſum es fui.vt praeſto ſum.praeſto fui.pro ꝑſens ſum.
praeſens fui.Cicero in epiſtolis ad Appium.fabius legatus mihi praeſto fuit.reperitur etiã praeſto eſt pro efficax eſt.vt
Celſus lib.vj.neq; medicamentũ praeſto eſt.i.praeſens ⁊ efficax.Pſeudo propterea nõ poſuimus:qui nuſq̃ eſt niſi in cõ
poſitione.vt pſeudoprophetes.pſeudoſtomos.pſeudographia.Neutrum nomẽ in.u.ꝙ nomina in.u.deſinẽtia gñis
ſunt neutri.vt hoc cornu.veru.pecu.gelu.penu.tonitru.Oui.ix.meta.rigidum fera dextera cornu dũ tenet.declinat
quoq; hic cornus.us.genere maſculino.Luca.in.vij.cornus tibi cura ſiniſtri.Celſus.lib.vj.ceruini cornus combu
ſti.⁊ paulopoſt.q: cornũ habet.Plinius quoq; multis in locis hoc genere ⁊ declinatiõe eſt vſus.Dicimus quoq; hoc
pecu.⁊ hoc pecus.oris.Pli.li.viij.natura.hiſt.equinoctio verno ⁊ caetera pecua admittitur.ab eo quod eſt pecu dicit
pecua.hoc gelu ⁊ hic gelus.Lucre.lib.vij.q: ſaeue gelus qḋ cõtinet in ſe emittit.Actius in prometheo.ꝓfuſus flami
ne hiberno gelus.Hoc genu ⁊ hoc genus.i.Verg.i.aeñ.nuda genu nodoq; ſinus collecta fluentes.Idem in.v.genua
aegra trahentem.Cicero in ara.iam dextrum genus ⁊ decoratã lumine ſuram.Idem in eodem.tertia ſub cauda ad ge
nus ipſum lumina pandit.ac rurſus ibidẽ.ac propter laeuũ genus omni ex parte locata.Hoc tonitru ⁊ hic tonitrus.
Pli.li.xxxvj.tonitru intus terribile exiſtat.Oui.i.meta.humanas motura tonitrua mentes.Idem.i.de triſtibus hoc
mihi nõ ouiũ fibrae tonitrus ve ſiniſtri.Silius li.xij.puni.fulminaq; ⁊ tonitrus ⁊ nymbos concitat aer.C.D.neutra
dabis ꝙ noia deſinẽtia in.c.vel in.d.gñis ſunt neutri.vt hoc lac.halec.aliud.qḋ.qd.⁊ de ꝓnoibus id.illḋ.iſtud.nec
alia ſorſe inuenies.Antiquiores tamen hoc lacte lactis declinabant:a quo videtur abſciſſum fuiſſe lac.Plau.in me



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

nechmis. neq; lacte eſt lacti mihi credere vſq; ſimilius. haec lactis. aliud ſignificat. eſt enim inteſtinū: ꝑ qd̄ labitur cib⁹ Titinius craticula. cerebellū: lactis agnina: ſed magis vtimur in plurali. Pli. li. xj. a ventriculo lactes in hoīe ⁊ oue: per quas labitur cibus. Pōpeius. oro te per lactes tuas. Halec quoq; ⁊ haec alecis poſſe declinari Priſci. autoritate ꝓbi grāmatici cōfirmat id qd̄ ⁊ nos fatemur: ſed qd̄ vtrūq; putat nomē eſſe piſcis: id nos aſſeuerāte negamus. cū halex piſcis ſit: ex quo ſale macerato exudabat ſanias: q̄ vtebātur ꝓ ſalſamēto: qd̄ dicebatur halec. ſed de piſce. Mar. halecem ſed quā protinus illa voret.

Al neutrum pones. tamen hic ſal debet habere.
Et duo ſunt neutris cum melle fel annumeranda.
Nil nihil eſt neutrum. uigil & pugil eſto duorum.
Solus in ol. eſt ſol. Hic conſul dicitur eſſe.
Sed tamen ad duo ſunt cōmunia præſul & exul.
Sit commune trium tibi nequam. nec uariatur.
Vm neutris iunges. exemplo ſit tibi templum.
Græcū nomen in. an. & in. in. ſit ſemper & eſt mas.
En dabitur neutris. ſed ſunto maſcula: lichen:
Ren: ſplen: atq; lyen: attagen: cū pectine flamen.
Addis hymen. & quod cano cōponit tibi nomē.
Nomen in. on. grecum tibi ſit: maribuſq; repones.
Ex his pauca tamen ſunt fœmineis adhibenda.

Cato de re ruſt. vbi olee comeſe erūt. halecē dato. Colume. diminutiuo vſus eſt dicens: in eſcam piſciū præberi cōuenit haleculas putremq; ſardinā. ⁊ paulopoſt. haleculā inquit modo captam. Theodo. in lib. de animali. halecē interpretat̄ menā. Halec vero pro ſalſamēto poſuit Hora. in. j. ſer. ſiler. halec aecula coa. ⁊ in. ij. ego faecem cogitare primus ⁊ halec. Halex quoq; gn̄e foeminino poſuit Pli. lib. ix. Mart. apicius inquit: e fecore mulorꝫ halecē excogitare ꝓuocauit: cuius ntr̄ū nō eſt halecis. vt Priſc. putauit: ſed halex. vt Pli. li. xxxj. vnguiū ſcabriciā tollit halex. ⁊ ibidē vitiū gari eſt halex imperfecta nec colata faex. Al neutrū pones. ꝙ noīa in al. deſinentia gn̄is ſunt neutri vt hoc tribunal. ceruical. vectigal. animal. iupcal. Vnū tamē reperit̄ gn̄is maſculini hic ſal. Pli. li. xxxj. aiunt dentes nō erodi nec putreſcere: ſi quis cotidie mane ieiunus ſalē contineat: donec liqueſcat. Saluſt. in iugur. nec ſalem. nec alia irritamenta gulae querebant. ⁊ illud Teren. in eunu. qui habet ſalem qd̄ in te eſt. i. que res. Antiquiſſimi tamē ⁊ iuniores neutro genere protulerunt. vt Afra. quicquid loquimur: ſal merū eſt. Sere. ſal. niueū ſumes: bacticū qd̄ noīe dicūt. Et lucas Hiero. interprete: bonū ſal eſt. ⁊ Aug. qd̄ ſi ſal infatuatū fuerit. Et duo ſunt neutris. ꝙ in el. duo tm̄ reperiuntur noīa gn̄is neutri. hoc mel. hoc fel. Nil nihil eſt neutrū. ꝙ hoc nomē nihil atq; ab eo abſciſſum nil. gn̄is ſunt neutri. Vigil ⁊ pugil cōia ſunt duorꝫ generū ex rōne ſignificatiōis. ⁊ ſi Phocas ⁊ Priſ. pugilē ſub gn̄e tm̄ maſculino poſuerīt. Aug. in libel. de grāmatica inſta ntās exēs in cōibus vigil ⁊ pugil. aſſertq; illud Terē. in eunu. ſi q̄ paulo eſt habitior: pugilē eſſe aiunt. nam ⁊ foeminas pugillatu exerceri ſolitas Iuue. oſtēdit in. ij. ſatyra. luctātur paucae. comedūt colipbia paucae. ⁊ in. vj. Aſpice q̄ fremitu mōſtratos ꝑferat ictus: ⁊ quāto galeę curuet̄ pōdere. ⁊ q̄ ſequunt̄. Mugil. ilis. ⁊ mugilis. lis. declinat̄. Phocas mugil declinat. vt Pli. li. ix. nat. hiſt. mugil ⁊ lupus mutuo odio flagrāt. Iuue. quoſdā moechos ⁊ mugilis itrat. Sil neutro gn̄e pigmēti genus eſt. de quo multa Pli. li. xxxiiij. ſil inqt cęruleum. ſil ꝓprie limus eſt. Solus in ol. eſt. ꝙ in. ol. vnū tm̄ eſt maſculinū: hic ſol. Vnū quoq; eiuſdē gn̄is in. ul. vt hic cōſul. ⁊ qd̄ Enni⁹ apud noniū dixit mortalē ſummū fortuna repēte reddit ſummo regno famul vt optimus eſſet. ꝓ famul⁹ famul. is. dixit. ea nāq; dignitas virorꝫ tm̄ fuit. Praeſul tm̄ ⁊ exul cōia ſunt duorꝫ generꝫ. Mac. j. ſat. luna q̄ corporꝫ ꝑſul eſt. Sed ſeduli⁹ in paſcha. ēt neutro iungit. ligno ꝑſule dicēs. Sit cōe triū neq̄. ꝙ in. am. vnū tm̄ repit̄: qd̄ eſt cōe triū generꝫ ⁊ eſt indeclinabile: qd̄ ipſū argumēto eſt nullū nomē in. am. terminatū poſſe declinari. Vm neutris iūges. ꝙ in. um. deſinētia gn̄is ſunt neutri. vt hoc tēplū. regnū. donū. bellū. tectū. Graecū nomē in. an. ⁊ in. in. ꝙ nomina in. an. ⁊ in. in. deſinētia oīa ſunt gn̄is maſculini. vt hic peā. acarnā. delphin. Peā igit̄ ꝓ phoebo manifeſtū eſt gn̄is eſſe maſculini. Sed ⁊ pro hymno apollinis eiuſdē gn̄is eſt. Vg. in. vj. laetūq; choro peana canētes. ⁊ Sili. herculeū paeana canūt. Acarnā ꝓ ꝓpꝛo epirotarꝫ. Vgi. v. gn̄. quorꝫ vn⁹ acarnā. Delphin q̄ ⁊ delphis ⁊ frequēti⁹ delphin⁹ dr̄. Perſ. ⁊ q̄ caeruleū dirimebat nerea delphin. Auie. in ara. tū curu⁹ caudā ſubit inter ſydera delphis. Iuue. q̄tū delphinis balęna britānica maior. En dabit̄ neutris. ꝙ nomina terminata in. en. gn̄is ſunt neutri. vt hoc fulmē. flumē. nomē. ſemē. glutē. munimē. ſolamē. Maſculina tm̄ ſunt hic lichē. Mar. li. xj. nec triſte mētū ſordidi de lichenes. interꝑtat̄ aūt impetigo. Pli. li. xx. impetiginē inqt ⁊ ſcabiē: q̄s pſorē ⁊ lichenē vocāt. Vtit̄ quoq; hoc noīe Hippocrates in aphoriſmis ⁊ Galenus multis in locis. Hic rē. Cel. li. iiij. renes diuerſi: q̄ lūbis ſub imis coxis in haerēt a parte earꝫ reſimi. dr̄ quoq; hic riē teſtib⁹ Phoca ⁊ Priſc. Hic ſplē hic lyen vl̄ lyēnis. Cel. li. iiij. lyen ſub ipſo ſepto a ſiniſtra parte. ⁊ ibidē. at lyenis vbi effectus eſt. Attagē auis: q̄ ⁊ attagena dicitur. Hora. in epodo. nō attagen ionicus iucūdior. Mar. cōeq; duobus attagenā. in diſtichis ionicarū guſtus attagenarꝫ. attage. es. Hiero. in epl̄is. tu attagen ructas. Pectē pro piſce ⁊ pube ⁊ inſtrumento quo lana ⁊ capilli pectuntur: ſub genere maſculino poſuerunt omnes grāmatici. Pli. in. ix. pectines in mari ex eodem genere habentur. reconditi ⁊ ipſi in magnis frigoribus. Seruius in illud Verg. in. vj. aeñ. iam pectine pulſat eburno. pectē pro plectro gn̄is eſſe neutri dicit. Nam qd̄ Iuue. in. vj. ſatyra dixit. inguina traduntur medicis iam pectine nigro. pro pube. ⁊ Vg. in. vij. aeñ. arguto tenues percurrens pectine telas pro inſtrumento textorio: nō poteſt diſtingui genus cū eadē ſit terminatio maſculini ⁊ neutri in ablatiuo ſcdae declinationis. Flamen pro ſacerdote maſculo. Sueto: in Caeſare: flamē dialis deſtinatus: nam pro foemina flaminica vl̄ flaminia dicimus. Flamen vero pro vēto gn̄is eſt neutri. Cice. in ara. inferior paulo eſt aries ⁊ flamē ad auſtri. Hymē ꝓ deo nuptiarꝫ ꝓſide gn̄is eſſe maſculini vl̄ ex ſignificatione gn̄ali pōt intelligi eiuſdē quoq; gn̄is eſt ꝓ tenui illa mēbrana q̄ infantes aliq̄ñ naſcūtur inuoluti. ꝓ mēbrana ēt poſuit Ariſt. in. ij. lib. de aīa. Et qd̄ cano cōponit. ꝙ ab hoc verbo cano. is. cōpoſita ſub hac terminatiōe maſculina ſunt: q̄ oīa mittūt foemininum per. a. vt hic tubicē. haec tubicina. tibijcen. tibijcina. fidicē. fidicina. lyricē. lyricina. ſiticen. ſiticina. oſcen quoq; oſcinis ex ꝓportione oſcina mittet foemininū. Hora. in car. oſcinem coruū prece ſuſcitabo ſolis ab ortu. Nomē in. on. graecū. ꝙ noīa in. on. deſinētia graeca ſunt oīa gn̄is maſculini. vt hic canon. daemon. daphnon. platonon. lacō. horizō biſon. Pli. li. xxxiiij. q̄ canona artifices vocāt lineamenta artis ex eo petentes. Plinius iunior in epiſtolis. quid platanon opaciſſimus. Martia. daphnonas platonas ⁊ aerias cypariſſos. Idem. caeſus matre iubente lacon. cuius foemininum eſt lacena. Iginius horizon circulus appellatur is: qui terminat ea quae perſpici aut videri nō poſſunt

Martia. ceſſerũt illi bubalus atq̃ biſon. Pli. li. viij. inſignia boum ferarũ gñia biſontes iubatos. Unũ. tñ ſub hac terminatione reperitur foemininũ ſindon. onis. nã vrbiũ nomina vt babylon. calydon. pleuron ad vrbiũ regulã generalẽ referẽda ſunt. Barbiton vero gñis eſt tñ neutri. barbitos foeminini. q̃re apud Oui. in epla Sapphus legdũ: nõ facit ad lachrymas barbitos vlla meas. nõ barbitõ. Sindõ gñis eſſe foeminini Mar. li. xj. demõſtrat cũ dicit: quo tu quo liber ocioſe tendis cultus ſindone nõ cotidiana. ⁊ illud ex Euãg. Matth. xxvij. inuoluit eũ in ſindone mũda. Sydon vero vrbis nomẽ ad regulã generalẽ referẽduz eſt. Luca. in. iij. precioſaq̃ murice ſydon. Python ſerpentis quẽ Apollo occidit nomen: plaerumq̃ generis maſculini. vt Oui. j. met. ſtrauit ⁊ innumeris tumidum pythona ſagittis. tamen genere foeminino dixit Tibullus vbi delphica pythoñ. Eſt neutrum qđ. Cũ nomina in. on. deſinentia aut ſint ſecundae declinationis: aut tertiae. aut indeclinabilia: ⁊ quemadmodum diximus tertiae declinationis nomina omnia ſint maſculina pter q̃ ſindon: reliquum eſt vt ſcdę declinatiõis omnia ſint neutra. vt hoc ilion. epithetõ. antithetõ. Vergi. ij. aen. ceciditq̃ ſupbũ ilion: qđ etiam ſub alia terminatione foemininũ reperitur. vt apud Oui. ſed mihi quid prodeſt veſtris diſiecta lacertis ilios. ⁊ q̃ noſtri nõ ſunt auſi declinare generis ſunt neutri. vt diapaſon. diateſſaron. diapenidion. Nomen in. ar. q̃ noĩa in. ar. deſinẽtia

Eſt neutrum quod non declinat tertia nomen.
Nomen in. ar. neutrum ſed par tria debet habere.
Er. finita tibi ſunt maſcula. neutra tamen ſunt.
Spinther: iter: ruder: laſſer: piper: atq̃ papauer.
Et cum uere ſiſer: uber: cicer: adde cadauer.
Zinziber: & tuber: cum matre reponito linther.
Commune eſt pauper cũ pubere: degener: uber.
Ir. maribus iunges: hir: gadir: ſint tibi neutra.
Maſcula ſunt & in. or. Muliebris ponitur arbor.
Neutra dabis tñ cor: ador: cũq̃ equore marmor
Collatiua duplex retinẽt genꝰ. & memor & autor
Et quod componit corpuſq̃: colorq̃: decuſq̃.

vel regia lympha coaſpes. Luca. in. iiij. gthera tam gentes ſiluas ligre coaſtrī. Oui. xiij. met. hypſiphiles patria clariq; thoantis. q̄ vero ꝑ omega ſcribunt: ꝓducunt. vt troas troadis. Vg. in. v. aeñ. at ꝓcul in ſola ſecretae troadas acta. Joannes hac rōne ꝑmam ꝓducit: quemadmodum ⁊ iuuenc⁹ ſemꝑ ꝓducit. Sidoni⁹ tn̄ apollinaris breuiauit dicens qꝫ nunc helias: nunc te iuuet ire ioannes. hymnograph⁹ quoq; ſolue polluti labij reatum ſancte ioannes. ſed hi nulla ratione defendi poſſunt. O. ante. e. ſi ꝑ omega ſcribiē a grecis: longa eſt: vt typhoeus. aloeus. neq; enim ꝑ oe diphthongon in penultima ſcribitur typhoeus: vt quidam putauerunt: ſed per eus diphthongon in fine. ⁊ per omega in penultima: q̄ cum. e. non poteſt in diphthōgon coaleſcere. Luca. in. v. conditus inarimes aeterna mole typhoeus. neq; obſtat cum Uergi. lib. ix. dixit inarimae Jouis imperijs impoſta typhoeo. Nam ſyneraeſis eſt freqnter in illo loco recepta. Quod ſi quis eſt qui graecae literaturae non credit: ſaltem Oui. verſu illo quintur qui in. j. faſt. ſcribitur. quas quoties perflat: ſpirare typhoea credas. Nullum enim nomen ſcdae declinationis mittit actm̄ in. a. niſi in eus diphthongon terminetur. De aloeo nemo vnq̄ dubitauit quin ꝑ o longum in penultima ⁊ ꝑ eus diphthōgon in vltima ſcribantur. Luca. in. vj. impi⁹ hanc ꝓlem ſuperis immiſit aloeus. Boeotia quō a latinis ſcribi debeat: nſi ſaecli docti qdam homines dubitant: nam cum a graecis per. oi. diphthongon ſcribatur: q̄ apud nos in oe diphthongon verti conſueuit: boeotia poſt oe diphthongon o mega hoc ē longa ſubiecta: non boetia o ⁊ e ſolutis ꝓferenda eſt. Qō ſi qs dixerit diphthongum oi ſolui in oe quod qdam etiaꝫ in euboia fecerunt oi diphthongon in oe ſolutas conuerſa ſcribentes atq; proferentes euboea quattuor ſyllabarū: eſto concedamus illis hoc: ſed qua licentia diſpunxerunt alterum. ꝑ boeotia boetia dicentes. Si vero o micron a graecis ſcribatur ante. e. breuiatur. vt ſimoentis ⁊ pyroentis obliqui ab eo quod ſimois ⁊ pyrois. Uerg. j. aeneidos. alma. Uenus phrygij genuit ſimoentis ad vndam. Flac. v. argonauticae. ⁊ formidantem patrios pyroenta dolores. O. ante. i. eandem rationem ſequtur: nam q̄ per o mega ſcribuntur producunt. vt zoilus. troilus. ſtoicus. lagois. Martia. zoilus aegrotat. faciunt hanc ſtragula febrem. Uerg. j. aeñ. parte alia fugiens amiſſis troilus armis. Juuenal. ſtoicus occidit baream delator amicum. Hora. ij. ſer. nec ſcarus: aut poterit peregrina iuuare lagois. Quae vero per o micron ſcribūtur breuiant: vt ſimois. pyrois. Troia vero ⁊ euboia in quibus a latinis oi diphthongus ſoluitur o producunt ratione. i. qō habet vim duplicis conſonantis: quoties inter duas vocales ponitur in dictionibus latinis: ⁊ in quibuſdaꝫ graecis. vt Uerg. iij. aeñ. troia per vndoſum peteretur claſſibus aequor: vbi troia duaꝝ ſyllabaꝝ eſt. q2. i. conſonans. Poſſeſſiuum Fo troius troia troium tameñ triſyllabum ſit: atq; p. i. vocalē ſcribatur: primā produxit: qm̄ a grecis per o mega ſcribitur. Uerg. j. aeñ. armaq; fixit troia nunc placida compoſt⁹ pace quieſcit. O. ante. o. breuis ē: vt laocoon. hippocoon. demophoon. bootes. Uerg. ij. aeñ. laocoon ardens ſumma decurrit ab arce. Idem in. v. hirtacide primus locus exit hippocoontis. Idem. j. georgi. non obſcura cadens mittit tibi ſigna bootes. Oui. in epi. phyllidis. hoſpita demophoon tua te rhodopeia phyllis. O. ante. u. in dictionibus q̄ per o mega ſcribuntur: qualia ſunt poſſeſſiua in ous. oa. oum. finita producitur: vt argous. a. um. cous. a. um. ſerdous. a. um. herous. a. um. eous. a. um. eadē quoq; ratione achelous penultimam produxit. Papi. libro. vij. theba. inachus ante retro noſterq; achelous abibit. Quae vero per omicron ſcribuntur breuiant. vt alcinous. antinous. U. ante reliquas vocales rara eſt apud graecos ſi tn̄ vſpiam reperiaē: q2 per diphthongon ab illis ſcribiē. longa eſt. ¶ Fio diſſyllabum. dictionib⁹ latinis cū eſt diſſyllabum ꝓducit vocalē ante vocalē ſeqntē: nā cum plurium ſyllabaꝝ eſt: breuiat. Juue. nā tuus endymion dilecte fiet adulter. Idem. liceat modo viuere fient: fient iſta palam. Perſius. cras fiet hoc idem cras fiet. Genitiui quoq; et datiui numeri ſingularis quintae declinationis. e. ante. i. finalem producunt: vt dies diei. progenies progeniei. Uerg. in viro bono: omnia q̄ ſecum reputauerit acta diei. Excipiuntur huius ordinis tria nomina quae iiſdem in caſibus. e. ante. i. breuiant. ea ſunt res rei. ſpes ſpei. fides fidei. Octo quoq; nomina primae ⁊ ſecundae declinationis nominum cum ſuis compoſitis q̄ mittunt gtm̄ in ius. ⁊ dtm̄ in. i. ⁊ tria pronomina ſcdae pronominum declinationis. hoc ē iſte iſta iſtud iſti⁹ iſti. ille illa illud illius illi. ipſe ipſa ipſum ipſius ipſi. in gtō habent ante. u. indifferentem. ¶ E. de. pꝛe ſe. di. Quarta regula eſt quod hꝫ ꝑpoſitiones cum veniunt in compoſitione: producuntur. vt eligo. is. edo edis. e duco. is. deligo. is. dedo dedis. deduco. is. ꝑpono. is. ꝓdico. is. ꝑheo. es. ſeligo. is. ſeduco. is. ſepero. as. diligo. is. diluo. is. dijudico. as. Quod ſi vocalis ſequatur breuiant vt deorſum: quod ex de ⁊ orſum componitur: dehiſco quod ex de ⁊ hiſco. is. dehinc quod ex de ⁊ hinc. Uerg. iiij. aeñ. ſed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat. Idem. iij. aeñ. dona dehinc auro grauia ſectoq; elephanto. Prꝫuro. is. idem. vij. aeñ. ſtipitibus duris agitur ſudibus ve pruſtis. Seorſum. idem. in eſt ⁊ non alterutro: pariter nonnunq̄. ſaepe ſeorſum. A di quoq; compoſita duo breuiant dirimo. is. ⁊ diſertus diſerta diſertum. Quod tameſi a diſſero. is. deriuatur altero. ſ. ſtricto primam breuiauit. Oui. j. meta. hanc de⁹ ⁊ litem melior natura diremit. Horat. in epiſt. foecundi calices quem non fecere diſertum: Illud quoq; hoc in loco notandum q̄ ſi de ꝑpoſitio componatur cum dictione incipienti vocali: pꝛeter q̄ quod diximus breuiari: aliqñ etiam reperitur produci. Horat. in poetica. cogitat vt dehinc ſpecioſa miracula promat. Papi. xj. theba. deeſt ſeruitio plebes. Aliquando fit ſynaereſis ſiue colliſio. vt Uerg. in bucco. incipe Dameta tu deinde ſeqre. Menalca. Idem in eodem opere: vir gregis ipſe caper deerrauerat: hic ego daphnim. Idem. vij. aeñ. diuitiis vber agri troie ve opulenta deerit. Aliqñ expungiē vocalis a qua dictio cum qua componiē incipit. vt debeo a de ⁊ habeo. debilis ⁊ a de ⁊ habilis. dego a de ⁊ ago. demo a de ⁊ emo. ¶ Tendiē. a. noſtrum. q̄ a ꝑpoſitio latina in ꝯpoſitione ꝓducit vt amens qō a mente deſciſcat. auius. a. um. quod via declinet. Uerg. iiij. aeñ. iſq; amens animi ⁊ rubore accenſus amaro. Idē. ij. georgica tunc reſonant auib⁹ virgulta canoris ſed a particula graeca priuatiua breuiatur vt atomus. adyta. orum. Vg. ij. aeñ. iſq; adytis haec triſtia dicta repoꝛtat. ¶ Re. breuiat ſemꝑ. q̄ re in cōpoſitione breuiaē vt refero refers. repeto. is.

Qđ ſi reſſert accipiať ꝓ eo qđ eſt diſtat ꝓducit̄: quare ꝑ duplex. ff. ſcribendū vt producatur poſitione. Producunt ꝓ dictiões in qb⁹ poſt re ſuccedūt duae ꝯſonantes aut vna vim duaꝝ habens vt reſpondeo. es. reſcribo. is. reijcio. is. reieci. Nam cū re ꝓpoſitio natura breuis ſit. ſi vſpiam in compoſitione longa reperiať neceſſe eſt hoc fieri rōne duaꝝ cōſonantiū: aut vni⁹ vim duaꝝ habentis. Sed cū ſupra dixerim⁹. i. conſonantem in ꝓncipio dictionū pro ſimplici poni: idq; etiam in compoſitis debere obſeruari: in hoc verbo reijcio aliquando habet vim duplicis conſonantis: aliqñ ſimplicis. Duplicis. vt apđ Vergiliū. iij. geor. reijce ne maculis infuſcet vellera pullis. Idē. v. aeneidos. hęc fatus: duplicem ex humeris reiecit amictum. Papi. vj thebai. ⁊ patria vigil arte lacon. hos reijcit ictus. Simplicis vt apđ Verg. in bucco. tityre paſcentes a flumine reijce capellas. vbi teſte Ser. reijce ca. proceleumaticus eſt. Papi. libro. iij. theba. tela manu reijcitq; canes vel poti⁹ dicendū eſt. i. conſonantem expūgi: quod in hoc verbo ſubijcio reperiť. vt apud Papi. in Achille: ſubijcit gauiſus Vlyſſes. Luca. in. viij. crine iacet. ſubijcitq; facē complexa maritum. Rettuli quoq; praeteritum ab eo quod reſſero cum longum reperiť per duplex. tt. ſcribi debet. Horať. ij. epiſtola rettulit acceptos regale numiſma philippos. Proper. rettulit ⁊ querulo iurgia noſtra ſono.

Reſſert pro res fert: ſeu diſtat porrige ſemper.
Sed pro componens debes ꝓducere ſæpe.
His tñ exceptis ꝓficiſcor. ſiue ꝓfanus.
Profiteor addatur ꝓfor. atq; ꝓfundo. ꝓfundus.
Et ꝓfugus. ꝓfugitq;. ꝓcella. ꝓcuro. ꝓfeſtus.
Et ꝓpero. ꝓnepoſq;. ꝓpertius atque ꝓneptis.
Quæque ꝓ uox greca componit corripiantur.
Compoſitū nomē ſi finit parte priori
In iota aut omicron: ſemper breuiabit eaſdem.

Cum vero breuiatur per ſimplex. t. ſcribendum eſt. vt apud Sueuium in quodam edyllio: fera praeſta bello in perſas retulere. Sunt quoq; qui illud Catulli. ſi reditum retuliſſetis. aut in tempore longo: retuliſſet legant. Eadem quoq; ratione reſſero. cum pro eo qđ eſt diſfert accipitur per duplex. ff. ſcribi debet quoniam producit primam. Sed quemadmodum alio in loco diximus non a re praepoſitione ſed a res ⁊ fero compoſitum videtur. relatum in ſupino ab eo quod eſt refero. repperi ⁊ reppuli praeterita ab eo quod eſt reperio. reperis. repello repellis. cum hoc verbo reduco reducis prima indifferenti reperiuntur. quare tum ſimplici tum geminata conſonante poſt re ſcribi debent. Iuuena. dixerit aſtrologus: credent a fonte relatum hamonis. Luca. in. iiij denſaturq; globus: quantum pede prima relato. Lucreti⁹ libro tertio. id rurſum coeli relatum templa receptant. Teren. in phormione. quod ab illo allatum eſt: id ſibi rellatum putet. vbi ratione carminis. l. debere geminari Donatus teſtatur. Luca. reppulit a Libycis immenſum ſyrtibus aequor. Tibull'. Nam ciconumq; manus aduerſis reppulit vndis. Ouidi⁹ in epiſtola Medeae: queq; feros repuli doctis medicantibus ignes. Silli⁹. libro xvj. puni. troiugenis reppulit poenos. Proper. ab pereat quicunq; meracas repperit vuas. Auſo. at qui condiderat poſtq̄ non repperit aurum. Aptauit collo quem repperit laqueum. Lucretius in primo reducit. Venus reducta dedala tellus. Horati⁹. ij. ſermo. dij tibi dent capta claſſem redducere Troia. Idem in epiſto. palma negata macrum donata reducit opimum. Vergi. iiij. eiectam claſſem ſocioſq; a morte reduxi. Relliquiae quoq; ⁊ relligio. quorum alterū a relinquendo: alterum a religando dicitur in carmine. ſemper producta reperiuntur. Quare duplici. ll. ſcribenda ſunt. Vergi. primo aeneidos. troas relliquias danaum atq; immitis achilli. Idem in. iiij. relliquias colerem: priami tecta alta manerent. Idem in ſecūdo relligione patrū multos ſacrata per annos. Idem in eodem. corpora perq; domos ⁊ relligioſa deoꝝ.

¶ Sed pro componens. ꝙ haec praepoſitio pro in compoſitione producitur. vt prodo prodis. Breuiant vero q̄ hic excipiuntur. proficiſcor. etſi Gelli⁹ libro primo. primam dicit habere breuem: longa tamen aliquando reperiť. vt apđ Iuuenalem profectura domo ſicula non mitior aula. Properti⁹ libro ſecūdo. haec quoq; profecto ludebat Iaſone Varro. Vergili⁹ tamen. vij. aeneidos. breuiauit dicens. Arcades his oris genus a Pallante profectum. Profan⁹. a. um. Vergili⁹. vj. procul o procul eſte profani. Profiteor profiteris. Ouidi. de remedio. vtilitas lateat ꝙ non profitebere fiet. Horati⁹ in arte. inceptis grauib⁹ plerumq; ⁊ magna profeſſis. Profor profaris. hoc fatis eſt dixiſſe Iouem ſic ille profať. Vergili⁹. iiij. aeneidos. ⁊ ſic accenſa profať. Profundo profundis. autore Gell'. primam indifferentem habet. Catull⁹. has poſtq̄ moeſto profundit pectore voces. Silli⁹ libro vndecimo punico. impia dementis vulgi: ⁊ vix tota profundit. Profund⁹. a. um. Vergili⁹ in buccoli. terraſq; tractuſq; maris coelumq; profundum. Profug⁹. a. um. Idem. j. aeñ. Italiam fato profug⁹ lauinaq; venit littora. Profugio. is. Flaccus. vij. argonauticae contigit vix deinde mori: ⁊ ſic fata profugit. Columela in horto. ſed trepid⁹ profugit chelas ⁊ ſpicula phoeb⁹. Procella procellę. Vergi. primo aeneidos. ſtridens aqlone procella. ⁊ ibidem. creberq; procellis afric⁹. Procuro procuras. Ouid. iij. faſto. riſis ⁊ his inqt facito mea tela procures. Vergi. tamen. ix. aeneidos. produxit dicens. qđ ſupereſt laeti bene geſtis corpora reb⁹ procurate viri. ⁊ Horati⁹. haec ego procurare ⁊ idone⁹ imperor. Profeſſ⁹ profeſſa profeſſū. Hora. ſecūdo ſermo. non ego narrantem temere edi luce profeſta. Propero properas. Verg. vndecimo aeneidos. ne properate meas teucri defendere naues. Pronepos. Ouid. xj. metamor. eſt neptun⁹ auus. pronepos ego regis aquarū. Proneptis. Perſi. patruelis nulla proneptis. Properti⁹. Martialis. accipe facūdi carmen iuuenile properti.

¶ Quaeq; pro vox graeca. quod pro in compoſitione in dictionib⁹ graecis breuiatur. vt propontis. propino. prologus. Lucanus in. ix. paruo ruat ore propontis. Iuuenalis. quando propinat virro tibi.

¶ Compoſitum nomen. Hęc regula duas continet partes. Prima eſt ꝙ dictiones compoſitae ſiue ſint graecae ſiue latinae terminantes in. i. ꝑmam partem compoſitionis: breuiant illud. i. vt omnipotens: quod ab omnis ⁊ potens componitur. armiger. quod ab armis ⁊ gero. ⁊ archigenes: quod ab archon ideſt princeps. ⁊ genes genus. antitheton: quod ab anti contra ⁊ theton poſitum. Vergili⁹ ſecūdo aeneidos. Iupiter omnipotens precib⁹ ſi flecteris vllis. Idem in eodem. armiger automedon vna omnis ſcyria pubes. Iuuenalis aduocat archigenem: oneroſaq; pallia iactat. Perſius. librat in antithetis doctus poſuiſſe figuras. Altera pars eſt ꝙ dictiones graecę terminantes in. o. primam partem compoſitionis breuiant illud. o. vt carpophorus: quod ex carpos et phoros. hoc eſt ferens fructum componitur. chriſtophorus eodem modo ferens chriſtum. democritus. demophoon. Iuuenalis. q̄q̄ et carpophoro facies tua computat annos. Idem. perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat Democritus. Ouidius. hoſpita demophoon tua te rhodopeia phyllis. A priori parte regulae excipiuntur vbiq; ⁊ ibidem aduerbia quorum prius ab vbi ⁊ q; poſteri⁹ ab ibi ⁊ dem particula cōpo-

nitur. Ꝟg.ij.aeñ.horror vbiqꝫ aĩos ſimul ipſa ſilẽtia terrẽt. Idẽ in.j.voluit̃ i caput. Aſt illã ter fluct⁹ ibidẽ. Tibijcen quoqꝫ qꝺ ex tibijs τ cano cõponit̃ duab⁹ breuib⁹ ꝑ ſynaereſin coeũtibus penultimã ꝓducit. Iuue. τ lingua τ mores τ cũ tibijcine chordas. Producũt quoqꝫ cõpoſita q̃ in priori parte ꝯpoſitiõis declinant̃. vt plaeriqꝫ. vtriqꝫ. q̃nticũqꝫ q̃licũqꝫ. Meridies ẽt qꝺ a medi⁹ τ dies cõponit̃. d. mutata in. r. antepenultimã ꝓducit̃. Catullus. iube ad te veniam meridiatũ. Eſt eñ carmẽ phaleuticũ. Aduertẽdũ tñ eſt qꝺ ſi dictio cũ q̃ cõponit̃ ſemis a vocali incipiat: ꝑ ſynaloephã exteritur. vt ſemũcia. qꝺ a ſemis τ vncia. ſemhõ. qꝺ a ſemis τ hõ ſemuſtus. qꝺ a ſemis τ vſtus. Perſius. haereat vt ſtultis breuis vt ſemuncia recti. verg. viij. aeñ. ſemihois caci facies: an potius ſemhois caci facies. qm̃ i ꝯpoſitiõe lrae q̃ nõ ꝓnũciãtur: etiã nec ſcribunt̃. Matricida ꝓducit Auſonius dicẽs. matricida nero ꝓprij vim ꝑtulit enſis. cur nõ τ fratricida quẽ Prudẽti⁹ breuiauit: τ homicida quẽ Iuue.

Sed producit ubiq; tibiicen. iungis ibidem.
Omnia præterita profer diſyllaba longa.
Findo fidi breuiat. ſcindo. ſcidi & dedit a do.
Et bibo dat bibit. & fero dat tulit. & ſtetit a ſto.
Sed ſi uocalis præcedit: corripiatur.
Quod ſi præteriti geminetur ſyllaba prima.
Vtraq; corripitur: niſi duplex conſona tardet.
Cædo cecidi dat. cui iunges pedo pepedi.
Quæ componens ex his diſpunge priorem.
Longa ſupina manent diſyllaba ſede priori.
Hæc breuiant primas. & quæ componis ab illis.
Et ſtatus atq; datus. ratus & rutus & ſatus. hiſq;
Et ſitus & litus & citus & quitus. atq; itus addes.

¶ Oĩa ꝑterita duarũ ſyllabarũ producũt ex illis priorẽ. vt feci a facio. is. legi. a lego. is. moui a moueo. es. caui. a caueo. es. q̃uis enim prima verbi poſitio breuiet̃: nihilominus in ꝑterito ꝓducitur. praeterq̃ in verbis ſex: q̃ hic explicant̃ cũ ſuis cõpoſitis. ea ſunt bibo bibis bibi. adbibo. adbibis adbibi. Marti. dixit τ ardentes auido bibit ore fauillas. Scindo. is. ſcidi. abſcindo. is. abſcidi. reſcindo. is. reſcidi. Papi. viij. theba. oraqꝫ pectoraqꝫ τ viridẽ ſcidit horrida veſtẽ. Luca in. iij. qua mare tellurẽ ſubitis aut obruit vndis aut ſcidit. Findo. is. fidi. diffindo. is. diffidi. Verg. in. viij. τ media aduerſi liq̃facto tẽpora plũbo diffidit ac multa porrectũ extẽdit arena. Do das dedi. reddo. dis. reddidi. trado. is. didi. Ver. ij. aeñ. inſidiae iã deiphoebi dedit ampla ruinã. Sto. ſtas. ſteti. obſto. as. obſtiti. conſto. as. cõſtiti. reſto. as. reſtiti. Idẽ in. v. his magnũ alcidẽ contra ſtetit. his ego ſucturus. Fero fers tuli. circũfero circũfers. circũtuli. cõfero. fers. tuli. Oui. j. meta. τ tulit ad climenẽ e paphi ꝯuitia matrẽ. Iuue. quoqꝫ ꝑteritũ ab eo qꝺ eſt iuuo. as. Catullus ad ortulũ breuiauit dicẽs: nõ ita me diui vera gemũt iuuerit. ſunt qui legãt iuerint. pro iuuerint. ſed hmõi ſyncopes ratio inaudita eſt. habentia vero vocalẽ ante vocalẽ nihil dubiũ eſt breuiare. vt ruo. is. rui. nuo. is. nui. luo. is. lui. ¶ Qꝺ ſi ꝑteriti. ꝑterita geminantia primas ſyllabas. de ꝑteritis pluriũ ſyllabarũ intelligit: nã de diſyllabis ſuperi⁹ regula tradita eſt: fuerunt aũt duo tñ do dedi τ ſto ſteti. oĩa inq̃ illa breuiant vtraſqꝫ ſyllabas. vt pario. is. peperi. diſco. is. didici. tũdo. is. tutudi. pãgo. is. pepigi. pũgo is. pupugi. tãgo. is. tetigi. pello. is. puli. tollo. is. tetuli. cano. is. cecini. Si vero poſt ſcdam ſyllabã ſequant̃ duae conſonãtes producũt illã: vt mordeo. es. momordi. tõdeo. es. totõdi. ſpõdeo. es. ſpopõdi. pẽdeo. es. pepẽdi. poſco. is. popoſci. parco. is. peperci. pẽdo. is. pepẽdi. tẽdo. is. tetẽdi. fallo. is. fefelli. curro. is. cucurri. Caedo quoqꝫ τ pedo tametſi nõ ſequũtur duae cõſonãtes etiam producũt. vt cecidi. pepedi. Iuue. ebrius τ petulãs ſi q̃mq̃ forte cecidit. Hora. ij. ſer. nã diſploſa ſonat quãtũ veſica pepedi. In cõpoſitiõe quoqꝫ eadẽ ratio ſeruatur. nã illa q̃ primã ſyllabã in cõpoſitione amittũt: alterã ꝓducũt aut breuiãt ſcdm eã q̃ dixit. vt fallo. is. fefelli. refello. is. refelli. cedo. is. cecidi. abſcindo. is. abſcidi. pello. lis. pepuli. cõpello. is. cõpuli. tundo. dis. tutudi. cõtũdo. dis. cõtudi. Hora. ij. epla. durã qui cõtudit hydrã. antiquiores tñ eadẽ ꝓduxerũt. vt Ennius. viroſqꝫ valẽtes cõtudit crudelis hyems. ¶ Lõga ſupina. ſupina duarũ ſyllabarũ ꝓducũt ex illis priorẽ. vt lauo. as. lotũ. moueo. es. motũ. nuo. is. nutũ. Breuiant vero eadẽ ſupina q̃ hic explicãtur cũ ſuis cõpoſitis. Do das datũ. reddo. is. redditũ. trado. is. traditũ. Verg. j. aeñ. poſtq̃ introgreſſi τ coram data copia fandi. Sto. ſtas. ſteti. ſtatũ. Luca. in. x. his aſcripſit aquis quorũ ſtata tpa flatus deriuata quoqꝫ eandẽ legẽ ſeruãt. vt ſtatio. onis. ſtatus. us. ſtatura. ae. Verg. ij. aeñ. nũc tñ ſinus τ ſtatio male fida carinis. Oui. iiij faſto. hic ſtatus in coelo multos ꝑmanſit in annos. ſtaturus tñ hoc eſt participiũ futuri in rus: ſemꝑ ꝓducit primã. Lucañ. in. vj. vnaqꝫ ꝑcuſſit pontũ ſymplegas inanẽ τ ſtaturã redit. Cõpoſita vero q̃ mutãt. a. in. i. ſemꝑ breuiãt. q̃ vero nõ mutãt: ꝓducũt. vt ꝑſto. as. ꝑſtitũ. atũ. ꝑſtatus ꝑſtaturus. conſto. as. conſti. tutũ. cõſtatũ. conſtaturus. Luca. in. ij. cõſtatura fides ſuperũ. Cieo. vel cio cis ciui citũ. aut eſt ſcdae cõiugationis: aut quartae. ſi ſcdae breuiat: ſi quartae ꝓducit. Oui. ij. meta. obuius ire polis: nec te citus auferat axis. Cõpoſita vero tñ breuia: tñ ꝓducta repiuntur. vt excio. is. exciui excitum vel excitum. concio. is. iui. concitum. vel concitum. accio. is. acciui. accitum vel accitum. Papi. iij. thebai. excitus τ longã iampridem indignantia pacẽ. Verg. iij. aeñ. excitum ruit ad portus τ littora cõplẽt. Flaccus. v. argo. ipſe aũt tantis concita furoribus arma. Ver. j. aeñ. regius accitu chari genitoris ad vrbem. Sero. is. ſeui. ſatũ τ ab eo cõpoſita. vt conſero. is. cõſeui. ſitũ. aſſero. is. aſſeui. aſſitum. Verg. in buc. dulce ſatis humor. Oui. cõſitaqꝫ arboribus lycea reliq̃rat arua. Sino. is. ſiui. ſitum. τ ab eo cõpoſita deſino. is. deſiui deſitum. Idem. ij. meta. his ſitus eſt phaetõ currus auriga paterni. Cicero ꝓ Cornelio. ceptũ igitur ꝑ eos qui volebant deſitum ꝑ hunc qui diſceſſit. Ruo. is. rui ruitum facit in ſupinis: ſed ab eo cõpoſita rutũ: que omnia breuiãt: vt obruo. is. obrui. obrutum. diruo. is. dirui. dirutũ. eruo. is. erui. erutum. Oui. in epiſtola. penelo. obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Idem in eadem diruta ſunt alijs: vni mihi ꝑgama reſtãt. Lino. is. lini vel leui. litũ. τ ab eo cõpoſita. vt oblino oblitũ. illino illitũ. relino relitum. Ver. iiij. geor. paribus lita corpora guttis. Oui. in epla canaces. oblit⁹ a dñae caede libellus erit. Luca. in. viij. illita tela dolis: nec marte cominus vnq̃. Eo. is. iui. itum. τ ab eo cõpoſita. vt ꝑtereo. is. ꝑteritum. obeo. is. itũ. Oui. j. meta. ſed itũ eſt in viſcera terrae. Verg. viij. aeñ. o mihi ꝑteritos referat ſi iupiter annos. Idem. x. morte obita q̃les fama eſt volitare figuras. Ambio. is. qꝺ ab am ꝓpoſitione inſeparabili τ eo cõponitur: tñ breuiare: tñ ꝓducere reperitur: nã ambitus. us. nomẽ breuiat. Luca. in. j. laetalis ambitus vrbi. ambitus. ita. ambitum participiũ ꝓducit. vt Vale. v. argo. ambituqꝫ ſenẽ: ꝑmiſſaqꝫ vellera puppi. Oui. j. meta. iuſſit τ ambitae circumdare littora terrae. Queo quis quiui quitũ. τ ab eo cõpoſita nequeo. is. nequiui. nequitũ. Teren. in ecyra. nã cũ compreſſa eſt nata. forma in tenebris noſci non quita eſt. Reor. is. ratum. Verg. ij. aeñ. nos abiſſe rati τ vento petijſſe Mycenas: τ ab eo deriuatũ ratio breuiat.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

¶Ex vi p̄terito. q̄ ſupina pluriū ſyllabarū: nā de diſſyllabis paulo ante poſuit regulā: ſi formātur a p̄terito perfecto idicatiui modi terminato in.vi.vi.mutata in tū in quacūq; cōiugatione ꝓducūt penultimā: vt amo.as.aui.atū. Pecto.is.quemadmodū li.ij.diximus qđ in p̄terito pectui fecit in ſupino pectitū penultimā breuiauit. Colu. verū vbi iam puro diſcrimine pectita tellus: ſed ſuplicamur ab alio praeterito hoc eſſe pectui qđ in vſu non reperimus. ¶Dictio compoſita. q̄ tanta eſt vocalis in dictione deriuata & compoſita quanta fuit in dictione primitiua & ſimplici. haec regula patet latiſſime. Deinde regulam adhuc declarat dicens: q̄ ſi vocalis in vocalem mutetur: nihilominus eadem quantitas manet. vt ab in & amicus componitur inimicus.a.mutata in.i.manente eadem cōſonāte. hoc eſt.m. ergo vtraq; vocalis hoc eſt.a.in ſimplici &.i.in cōpoſito breuiatur. Rurſus ab inimico deriuatur inimicitia manente eadem ſyllabarum quantitate. Diphthongus quoq; eadem ratione in vocalem longā ſemper vertitur: ſicut caedo.occido.laedo.collido. plaudo explodo.claudo.includo. Quod ſi conſonans mutetur: aliā rationē ſequi debemus. nam eūdum eſt ad primas atq; medias ſyllabas. Eſto exēpli gratia. iuuenis breuiat primam. iunio producit eandē & eodem modo iuuo iucūdus. foueo. bis. nouē. decē primas breuiant ab illis tamē deriuata iucūdus. iumētū. caſus. fomes. bini. noni deni. quia mutant conſonantes producūt eaſdē. Habet tn̄ haec regula exceptionē. nā a ſupinis verborū primae coniugationis in atum exeuntibus frequētatiua deriuantur vel formantur potius.a.longa in.i.breuē mutata. vt ab imperatu imperito.itas. a minatu minitor.aris. a portatu portito portitas. Praeterea verba q̄ dn̄r meditatiua vel poti⁹ deſideratiua: formāturq; ab vltimo ſupino qđ in.u.longū deſinit: addita rio. vt ab eſu eſurio. a mictu micturio. a partu parturio. in quibus.u.breuiatur. Iuue. eſurit intactā paridi niſi vēdat agauē. Idē noctibus hic ponunt lecticae micturiūt hic. A no nas naui natū quoq; prima lōga dicim⁹ a nato.as.eadē breui. Vg. in.v.aeñ. illū & labentē teucri triſere natātē. & a noſco noſcis noui notū. prima lōga deriuatur a noto.as.eadē breui. Vg. in. buc. pta mee veneri ſunt munera nāq; notaui. Agnit⁹ quoq; & cognit⁹ a notus cōpoſita breuiāt. Iuue. agnitus accipies iubet a p̄cone vocari. Lucan⁹ in.iij. calida mihi cognit⁹ axis aegypto. Igitur ex breui ſyllaba plaerūq; fit lōga nō modo manēte eadē cōſonāte ſed etiā eadē vocali. vt a rego.gis.rex. & regula. a lego.gis.lex.gis. a lateo.es.laterna.ae. a ſedeo.es.ſedes.is. a vomo is.vomis.eris. a voco.cas.vox vocis. a venio venis. vena venae. ab humeo.es.humor.oris. a rapio.pis.rapū.i. a ligo ligas ligula.ae. a macro macero.as. a vitio vitupero vituperas. a iugero iugerū.i. ab italia italus.a.um. a Sicilia ſiculus.a.um. a cerere ceritus.a.um. a ſecus aduerbio ſecius & mutata vocali. ab homine humanus.a.um. Econtrario ex ſyllaba longa fit breuis. vt a dico dicax dicacis. a luceo lucerna.ae. ab areo ariſta.ae. a mole moleſtus. a chio chius. ab aſia aſius. a ſopio ſopor ſoporis. a frango fragor.oris. & fragilis. a ſagio ſagax ſagacis. a vado vadis vadum.i. a diſſero.is.diſertus.a.um. a iuro.ras.deiero.ras.peiero.ras. ab equo.as.aqua.ae. a fido.is.fides fidei. ab odi.iſti. odium.ij. a titulo tutor.aris. a quatuor quater. a farre farina farinae. a tigno tigillus. a ſigno ſigillum. ab offa offella offellae. a māma mamilla mamillae. a lotus lotū loti. a fatu fatuus fatua fatuum. ab acer acerbus acerba acerbum. a femine femur femoris. ſed de his in primis atq; medijs ſyllabis dicemus.

Ex ui. praeterito. ui. in tum. faciente ſupinum.
Praeter ſex tantū iam dicta penultima longa eſt.
Dictio compoſita deriuatiuaq; ſimplis.
Et primogenitis aequalia tempora ſeruat.
Sed ſunt multa quibus nō ſeruit regula ſemper.
Illa tamen quae ſint primas mediaſq; require.

## De crementis ſingularis. Cap. ii.

EX.a.mittit.atis. genitiuus: & eſt breuiandus.
Onis.&.enis ab.o. producit. inis breuiatur.
Al.alis. neutrum producit ſed breuiat mas.
Nomen in.el.elis. protendit: dic & hebraeum.

DE crementis nominū. Reliqui omnes artis grāmaticae preceptores quos ego vnq̄ legi: quantitatē ſyllabarū nominis per declinationē primū: deide per regulas particulares quas de primis medijs atq; vltimis ſyllabis ſcripſerunt ſparſiſſe video. fecerunt illi fortaſſe hoc recte: ſed ad puerorū eruditionē non ſatis cōmode. Nos tamen qui hanc curā ſuſcepimus: vt nil illis ediſcendū proponeremus: quod non illa aetas poſſit capere: ſeparauimus a declinatione hanc ſyllabarū perplexitatē: nec per numeroſas illas regulas ſparſim diffudimus: ſed in vnū quaſi conſpectum in hoc ſecūdo capi. cōpegimus: quod eſt de cremētis nominū. Cremētū vero nois dicitur quoties genitiuus ſingularis creſcit ſuper primā nominatiui poſitionē. idq; aut in ſingulari aut in plurali. Agit itaq; in primis de cremento ſingulari ſed potiſſimū tertiae declinationis: q2 prima nō habet cremētū niſi cū mittit gtm̄ in. ai. ſecundae tantū in r. deſinentibus: quae cū tertia declinatione confunduntur. quartae & quintae ad generalem regulā de habentibus vocalem ante vocalem referenda ſunt. ¶Ex. a. mittit. atis. in. a. igitur deſinētia: que omnia graeca ſunt mittētia gtm̄ in. atis. breuiāt ſyllabā quā ſuperat cremētū. vt dogma dogmatis. poema poematis. ſchema ſchematis. Onis & enis. in. o. exeuntia in. onis. vel in enis producunt: vt cerdo cerdonis. mango mangonis. anio anienis. nerio nerienis. Exeuntia vero in inis breuiant: vt virgo virginis. apollo apollinis. Nomina vero graeca in. on. deſinentia ſi ad declinationē latinā in. o. reducantur etiā breuiant ſi apud graecos breuiabant. vt agamennon agamenno. onis. Papi. in achilleide. ſimulatq; agamēno volentes. In. c. duo tantū ſunt: lac lactis: quod poſitione producit. halec halecis. qđ natura. Mar. capparis & putri cepas haleci natantes. q̄q̄ pro piſce etiā poſſit accipi. Al alis neutrum. in al neutra ꝓducunt vt animal animalis. tribunal tribunalis. vectigal vectigalis. Maſculina vero breuiant: vt hic ſal ſalis. hannibal hannibalis. Verg. j. aeñ. vela dabāt laeti: & ſpumas ſalis aere ruebant. Iuue. expende hānibalem. qđ libras in duce ſummo. Valerius ꝓbus grāmaticus p̄ſtantiſſimus referente Gellio lib. iiij. hannibalis & haſdrubalis & hamilcaris & huiuſmodi nomina barbara ita pronūciabat: vt penultimā circūflecteret: quod niſi longa eſſet fieri non poterat. tamen vnum tantū Ennij poetae tetrametron attulit ex eo libro qui ſcipio inſcribitur. i. qui propter hannibalis copias cōſiderāt. vbi ſexta ſyllaba neceſſario debet eſſe longa quia tertius pes iambus eſt. Nomen in el. in el deſinentia oia ſunt barbara praeterq̄ duo monoſyllaba mel & fel. qđ ſi ad noſtrā declinationem. vt alio in loco dixim⁹ referātur. adiectione ſyllabae id fieri debet. vt michael michaelus. iſrael iſraelus. penultima longa. ſed q2 nři ſub terminatione barbara audent inflectere: merito debēt produci. quandoquidē in el. longa finiuntur q̄ a graecis per. e. longū ſcribi cōſueuerunt. vt michael michaelis. gabriel. elis. mel vero mellis & fel fellis poſitione duplicis. l. producuntur.

Il breuiabit ilis.ul ulis.cui iungere debes.
Vnus in ol eſt ſol.crementum porrigiturq;.
An.anis.produc.atq; en.ſi mittit in enis.
Quot ſi mittit.inis.breuiat.in porrigit.inis.
On modo producit:modo corripit.o.genitiui.
Si tenet.o.magnum producit.ſi breue curtat.
Nomen quod fit in.ar.genitiuq; protrahit aris.
Sed breuiat Cæſar cum nectare.parq; iubarq;.
Atq; arat & baccar.peregrinaq; nomina quædã.
Tertia quod nomen declinat ſiue ſecunda:
Si finitur in.er.breuiabis.Demis.iber.uer.
Græcũ nomẽ in.er.modo curtat.ut ęther & aer.
Et modo producit.ut crater atq; character.

¶ Il breuiabit ilis.In il breuiãt.vt vigil.lis.tanaql.qlis.¶ Vnus in ol eſt ſol.in.ol.vnũ reperit tñ ſol ſolis qḋ pducit.In.ul.breuiat.vt cõſul.lis.pſul.lis.exul.lis.¶ An.anis.pduc.In an.pducũt.vt acarnã.nis.Oui.li.viij.meta.annis acarnaũ lętiſſimus.Peã.nis.Vg.vj.aeñ.laetũ peana canẽtes.In.en.q̃ mittũt gtĩ in.enis.pducũt.vt ren renis.ſplen.nis.ſirẽ.nis.Perſi.q faciã:ſed ſum petulãti ſplene cachinno.Horat.ſyrenũ ſcopulos & circes pocula noſti.In.inis.ſo breuiãt:vt numẽ.inis.volumẽ.inis.In porrigit.inis.in in p i latinũ vel in yn per y grecũ producunt:vt delphin.inis.ſalamin.inis.phorcyn.ynis.Verg.in buco.orpheus in ſiluis:inter delphinas ariõ.Hora.j.car.teucer ſalamina patrẽq;.Ouid.iiij.meta.ſquallebant late phorcynidos ora meduſae.¶ On modo producit.i.on partim breuiant partim producunt naz q̃ apud grecos mittũt genitiuũ in.onos.penultima per o micron breuiant.vt dęmon.onis.canon.onis.lycaon.onis.peon.peonis.amithaon.onis.agamennon onis.eſon.is.amphion.onis.ixion.onis.partaon.is.ſydon.onis.mennon.onis.emathion.onis.Oui.j.meta.foeda lycaonię referẽs cõuiuia mẽſae.Idem in.v.vel nos emathijs ad peonas vſq; niuoſos.Vg.iij.gẽ.phylliriides chirõ:amithaoniuſq; melampus.Idẽ.iij.gẽ.res agamennonias victriciaq; arma ſecutus.Ouid.vij.meta.& caſu ſubito formoſior eſone natus.Idẽ.xij.meta.duxerat hippodamẽ audaci ixione natus.Papi.in achilleide.cunq; ſuo memorant amphione thebas.Ouid.x.meta.accipe me generũ dixi perthaone nate.Mar.quid torus a nilo quid ſindone tinctus oleti.Vergi.j.aeñ.eoaſq; acies & nigri mẽnonis arma.Quae vero apud graecos mittũt gtĩ in.onos.per o mega penultimã producunt eandem:vt amidõ.onis.ancon.onis babylon.onis.citheron.onis.caulõ.onis.colophon.onis.cremyon.onis.cydon.donis.damon.onis.daphnõ.onis.dolon.onis.emathiõ.onis.helicõ.onis.lacon.onis.ladõ.onis.naſamon.onis.orion.onis.platanon.onis.porphiriõ.onis.peteon.onis.ſaſon.onis.ſinon.onis.ſicyon.onis.ſalamon onis.triton.onis.trygõ.onis.Iuue.hic alta ſycione:aſt hic amidone relicta.Catullus quoq; ancona gnidũq; arenoſam colis.Mar.aſſidu' iactet nec babylona labor.Proper.ſaxa citheronis thebas agitata per artẽ.Verg.iij.aeñ.cauloniſq; arces:& naufragũ ſcylaceũ.Luca.in.viij.& placidi colophona maris ſpumantia paruae.Oui.vij.meta.quodq; ſuã ſecurus arat cremyona colonus.Luca.in.vij.illic & libyae numidas & creta cydonas.Verg.in buc.paſtorum muſam damonis & alpheſibei.Mar.daphnonas platanonas & aereas cypariſſos.Oui.in epi.penelo.retulit & ferro rhoeſum doſonaq; cęſos.Verg.emathiona liger.corineũ ſternit aſilas.Idẽ.vij.aeñ.pandite nunc helicona deę cantuſq; mouete.Papi.vij.the.tandẽ ſperatus nuda de plebe laconũ.Oui.j.meta.donec arenoſi placidũ ladonis ad amnẽ.Sillius.li.vj.exanimẽ naſamona tyrã ſuper ipſe iacebat.Verg.iij.aeñ.armatũq; auro circũſpicit oriona.Mar.& nomẽ praſini porphirionis habet.Papi.vij.the.& ſulco peteona domant reſluũq; meatu.Sillius.adriaci fugite infauſti ſaſonis arenas.Vg.ij.aeñ.talibus inſidijs periuriq; arte ſinonis.Oui.ij.meta.ceruleos habet vnda deos tritona canorum.Mar.captabit tepidu; dextra laeuaq; trygona.Sunt quaedam nomina habentia indifferens crementum.vt ſidon ſidonis.egeon.onis.edõ onis.Verg.j.aeñ.atq; equidem teucrum memini ſydona venire.in deriuatis tum producta tum breuis reperitur:qḋ ipſum argumento fuerit in primogenio crementum fuiſſe medium tametſi ſemper longa reperitur.Vergil.j.aeñ.obſtupuit primo aſpectu ſidonia dido.Idem in.iiij.ſidoniam picto chlamydem circunda:a limbo.& iterum in eodem:& quos ſidonia vix vrbe reuelli.Aegeon quoq; Oui.ij.meta.produxit dicens.aegeona ſuis immania terga lacertis.Claudianus vero breuiauit cum dixit.nec centum gemini ſtrictis aegeonis enſes.Edon praeterea mõs ſiue promõtorium thraicae:qḋ mediam habet ſecũdam qḋ ex deriuatis licet cognoſcere.vt apud.Verg.xij.aeñ.ac velut edoni boreę cũ ſpiritus alto.Ouidius quoq; protinus in ſiluis matres edonidas omnes:vtrobiq; producitur.Idem tñ.ij.de reme.breuiauit dicens.ibat vt edonio referens trieterica baccho.& Luca.in.j.edonis ogygio decurrit plena lyaeo.& Sill.iiij.puni.edonis vt pangea ſuper trieteride motu.¶ Nomen qḋ in.ar.q; nomina terminata in.ar.producũt crementum:vt cochlear.aris.puluinar.aris.torcular.aris.Breuiant vero Caeſar.aris.& quae ſequuntur.Vgi.in buc.ecce dionei proceſſit cęſaris aſtrũ.Idẽ.j.aeñ.ſtipant & dulci diſtendũt nectare cellas.Idẽ in buc.& cantare pares & reſpondere parati.Idẽ.iiij.aeñ.it portis iubare exorto delecta iuuentus.Idẽ in eodem opere.aut ararim parthus bibet aut germania tigrim.Idẽ in buc.errantes hederas paſſim cum baccare tellus.Peregrinaq;.qḋ quedã etiam nomina propria barbarorũ breuiãt:vt amilcar.aris.aſpar.aris.boſtar.aris.balthaſar.aris.ſed haec quemadmodum diximus ex Gelij & Probi autoritate poſſunt producere:ſed frequentior vſus habet vt breuientur.¶ Tertia quod nomẽ:q; nomina in.er.deſinẽtia ſiue ſint ſcḋae ſiue tertiae declinationis breuiant crementum:vt puer pueri.gener.generi.tener teneri.paſſer.eris.mulier mulieris.nemo vnquam dixit:q; mulier in obliquis pduceret:pter vnũ Priſc.neq; in locis illis quibus de hoc agebat:ſed in libello de accẽtu:quẽ multi huius autoris eſſe nõ putãt.Alexandrũ vero quanti faciamus alijs in locis ſumus teſtati.Producunt vero iber iberi:quãq̃ graecis potius annumerari debeat.Lucan' in.iiij.gallorum celtae miſcentes nomen iberis:& ab eo cõpoſitũ celtiber celtiberi.Mar.vir celtiberis non tacende gentibus.Producit quoq; ver veris.Vergi.j.georg.vere nouo gelidus canis cum montibus humor.Graecum nomen:q; nomina graeca modo producunt modo breuiant crementum.Producunt vt byzer byzeris.brachioniſter brachioniſteris.crater crateris.clyſter clyſteris.clymater clymateris.character characteris.cremaſter cremaſteris.halter halteris.luter luteris.phyſeter phyſeteris.preſter preſteris.ſer ſeris.ſoter ſoteris.Flaccus libro.v.argonauticę.byzereſq; vagi philyręq; a noie dicta littora.populi ſunt ponti.Vergilius in bucolicis crateraſq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui.Martialis.quid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti.Ruffus in arato.delphines virides et phyſeteras anhelos.Sed de his in declinatione graeca plura dicentur:ex graecis vero quaedam breuiant.vt aer aeris.aether aetheris.

Sed breuiat treuir & uir. cum martyre gadir.
Porrigit. oris. ab. or. Breuiāt ſed marmor & ęquor
Et memor atq; arbor. Græcū quoq; iūgitur illis.
Et quod componit corpuſq; puerq; decuſq;.
Vr breuiat ſemper. ſed de fur dicito furis.
As atis. produc. Breuiant ſed uas uadis & mas:
His addatur anas, & ados capientia græca.
Es breuiabit etis. uel. itis. Sed deme quietis.
Et magnes. locupleſq;. græcum quod facit etis.
Merces mercedis illis iungatur & hæres.
Peſq; pedis breuiat. nomenq; quod ex ſedeo fit.
Datq; cæres cæreris. quod ſolū in ris breuiabit.
Nomen in. is. quod mittit. idis uel. eris. breuiabit.
Illud producit: quod mittit in itis. & iris.
Et quę dant inis. de ſanguis ſanguinis exit.
Protrahe nomen in. os. quod mittit in oris. & otis.
Cuſtos cuſtodis producit. bos bouis arctat.
Et q̄ componit potis & pote compos & impos.
Vs breuiabit oris. & eris. pecus hæc pecudiſq;.
De pus exit odis. tibi ſit pro teſte melampus.
Sed palus & ſubſcus atq; incus & quod in. utis
Tendunt obliquos. intercus. utis. tibi præbet.
Telluris ueneriſq; dabunt telluſq; uenuſq;.
Si monoſyllaba ſunt. genitiuus porrigit uris:
Crementum breuiat. s. conſona ſi præit illi.

¶ Sed breuiāt noīa in. tr. tā ſcđae q̄ꝫ tertię declinatiōis: rara ſunt ea fere q̄ hic explicantur ⁊ breuiant crementū. gadir vero apud Dionyſiū qui perihegeſim ſcripſit de ſitu orbis gadira in actō ꝓducte legitur. ¶ Porrigit. oris. qđ noīa in. or. producūt crementū. vt amor. oris. dolor. oris. lector. oris. Breuiāt vero marmor. oris. Uerg. vj. ęñ. in lento luctant marmore tonſę. Aequor. oris. Uerg. j. ęñ. disiectam enęę toto videt ęquore claſſem. Memor. oris. Idem. j. ęñ. at ſperate deos memores fandi atqȝ nefandi. Arbor. oris. Idē. j. geor. cauat arbore lintres. Graecū quoqȝ. qđ noīa gręca etiam breuiant crementum. vt neſtor neſtoris. hector. oris. rhetor. oris. Et qđ componit: qđ nomina quoqȝ cōpoſita a puero. corpore ⁊ decore breuiant. vt publipor. poris. marcipor. oris. lucipor. oris. tricorpor. oris. bicorpor. oris. indecor indecoris. dedecor. oris. Ador tum breuiare tum producere Priſcianus autoritate Enij probat dicētis: hic adoris dat primicias ſibi ſanguine libat. Idem alio in loco producit dicens. Emicat in nubes nidoribus ador adoris. ab eo quoqȝ deriuatum Uergili. produxit. vij. ęneiđ. ſtatuuntqȝ dapes ⁊ adorea liba per herbam. ¶ Ur breuiat. quod nomina in. ur. ſiue ſint ſecundae ſiue tertię declinationis breuiant: ſed ſcđae vnū tantum reperitur. ſatur ſaturi: tertiae vero plura. vt fulgur uris. ſulphur ſulphuris. murmur uris. Et quae faciūt in oris. iecur. oris. foemur, oris. ebur. oris. robur. oris. fur vero producit. Uergi. in buc. quid domini facient audent cum talia fures. ¶ As. atis. produc. ꝙ nomina tertiae declinationis finita in. as. producunt crementū. vt ciuitas. atis. bonitas. atis. honeſtas. atis. Breuiant vero vas vadis. Hora. j. ſer. ille datis vadibus qui rure extractus in vrbeꝫ eſt. Mas maris. Perſius. atqȝ marem ſtrepitum fidis intendiſſe latinae. Anas. atis. Martialis. ⁊ anatis habeas vropbygium macrae. Eſt enim trimetrum iambicum habens in primo loco tribrachū Ruffus in arato. lati pedemqȝ anatem cernes excedereqȝ ponto. Macer quoqȝ anſeris aut anatis mixta pinguedine tauri. vas quoqȝ vaſis crementum producit per regulam etiam ſi in. atis. genitiuus non exeat. nam per. as. atis. voluimus intelligi nomina in. as. tertiae declinationis ad differentiā eoꝝ que ſunt primae. Et ados. ꝙ nomina gręca tertię declinationis mittētia gtīū in ados: breuiant crementum: vt arcas. ados. pallas. ados. dryas. ados. ¶ Es breuiabit etis. vel. itis. ꝙ nomina tertię declinationis mittentia gtīū in. etis. vel. itis. breuiant crementum. vt paries. etis. ſeges. etis. ſtipes ſtipitis. miles. itis. Producit vero quies. etis. ⁊ ab eo compoſitum inquies. etis. ⁊ locuples. etis. Perſius. in locuplete penu defenſis pinguibus vmbris. Et nomina graeca mittentia genitiuū in etis. vt magnes. etis. tapes. etis. lebes. etis. dares. etis. Luca. in. iij. ⁊ magnetes equis. minye gens cognita frenis. Silli. iiij. puni. illud ſidonio fulgentem ex aere tapeta. Oui. in epiſtola briſeidis: viginti fuluos operoſo ex ęre lebetas. Uergi. v. aeñ. creber vtraqȝ manu pulſat verſatqȝ dareta. Merces quoqȝ mercedis ⁊ haeres haeredis producunt. Uerg. ij. geor. cogendae in ſulcum: ac multa mercede domandae. Sed caeres quod ſolum miſit genitiuum in. ris. breuiat. Uerg. j. aeñ. tū cererem corruptam vndis caerealiaqȝ arma. Peſqȝ pedis. Perſius. numeros ille: hic pede liber. Nomenqȝ. vt obſes. idis. reſes. idis. Oui. j. meta. obſidis vni⁹ iugulū mucrone reſoluit. Uerg. iiij. aeñ. iampridem reſides animos. ¶ Nomen in. is. qđ mittit. ꝙ noīa deſinentia in. is. q̄ mittunt gtīū in. idis. breuiant crementū. vt lapis. idis. cuſpis. idis. caſſis. idis. ⁊ nomina graeca. vt paris. idis. hyſpis. idis. tigris. idis. Breuiāt quoqȝ mittētia gtīū in. eris. vt cucumis. eris. cinis. eris. puluis. eris. vomis. eris. Producūt v. ro exeūtia in. itis. vel in. iris. vt glis. iris. dis. tis. ſamnis. itis. lis. tis. quiris. itis. Uerg. vj. aeñ. noctes atqȝ dies patet atri ianua ditis. Oui. tñ in epła phyllidis breuiauit dicēs. Et pulſata nigri ianua ditis. quidam tñ pro ditis legūt dei. Et q̄ dant. inis. de noibus graecis intelligit hītibus in ntō duas terminationes in. in. vel in. is q̄ mittunt gtīū in. inis. penultima lōga. eleuſin vel eleuſis. inis. ſalamin vel ſalamis. inis. delphin vel delphis. inis. phorcyn vel phorcis. ynis. vnū tamē latinū reperitur ſanguis. inis. qđ breuiat crementū. ¶ Protrahe nomen in. os. ꝙ nomina tertiae declinationis finita in. os. que mittunt gtīū in. oris. ⁊ in. otis. producunt cremētū. vt ros. roris. flos. oris. mos. oris. lepos. oris. ſacerdos. otis. nepos. otis. rhinoceros. otis. monoceros. otis. phileros. otis. Quae vero mittūt gtīū in. ois. graeca quēadmodū ſupra diximus ꝓducūt crementū. vt minos. ois. heros. ois. thos. ois. Sed breuiāt bos bouis. ⁊ cōpoſita a potis ⁊ pote cōpos. otis. īpos. otis. ¶ Us breuiabit eris. ⁊ oris. ꝙ noīa tertiae declinationis deſinentia in. us. q̄ mittūt gtīū in. eris. vel in. oris. breuiāt. vt genus. eris. funus. eris. tempus. oris. corp⁹. oris. quibus enumerari debet haec pecus. udis. Et noīa graeca cōpoſita a pus podos qđ eſt pes. vt melampus. odis. i. habens pedes nigros. tripus. odis. decapus. odis. Producunt vero palus. udis. ſubſcus. udis. incus. udis. ⁊ mittentia genitiuū in. utis. vt virtus virtutis. iuuētus. utis. ſalus. utis. ſenectus. utis. ſeruitus. utis. ex mittētibus vero in. utis. vnū breuiat intercus. utis. Monoſyllaba quoqȝ mittētia gtīū in. uris. ꝓducūt. vt mus muris. ius iuris. thus thuris. rus ruris. ¶ Crementum breuiat. ꝙ noīa tertiae declinationis deſinentia in. s. habentia conſonantem ante. s. breuiant crementum. vt hyems hyemis. inops. opis. arabs arabis. ſcobs ſcobis. ſcrobs. bis. trabs trabis. q̄uis Iuuencus produxit lib. j. deripe ſed proprio fallax de lumine trabem. cum apud autores ſemper breuietur. Ouidius. a trabe ſublimi triſte pependit onus.

Producūt ꝟo ſeps. pis. ⁊ plebs. bis. q; diphthōgo ſcribunt. nā ſeps ſepis ꝑ quodā ſerpētis gñe breuiat. Graeca notē-tur. ꝙ noīa greca partim breuiāt. partim ꝑducūt. nā q̄ retinēt o micrō breuiāt. cecrops. opis. aethiops. opis. q̄ ꝟo hñt o mega ꝑducūt. vt hydrops. opis. conops. opis. ciclops. opis. europs. opis. Sed de his cū de declinatiōe gręca agetur plura dicem⁹. Griphs ꝟo griphis ꝑducit ſed ciniphs. iphis. breuiat. ¶ Sed capitis. de noīb⁹ deſinētib⁹ in. t. vnū tā-tū reperitur qđ declinat caput. itis. qđ breuiat cremētū cū ſuis cōpoſitis ſinciput ſincipitis ⁊ occiput. pitis. Cōpoſita vē-

Portige ſeps & plebs diphthōgō. Graeca notētur
Tenditur ex illis pars quaedam: pars breuiatur.
Sed capitis breuiat caput & ſua compoſitiua.
Quod fit in. ax. nomen producit: fax breuiabit.
Ex graecis partim producūt pars quoq; curtat.
Nomen in. ex. breuiat. produc in gis duo rex: lex.
Et uibex. halex. & uervex. Graeca notentur.
Protrahit. ix. icis. Nonnulla tamen breuiantur.
Sunt ea coxendix. hiſtrixq; filixq; larixq;.
Atq; calix & pix. & onyx. uaricisq; ſalixq;.
Bebryx atq; cilix & eryx. Natrix quoq; ſerpens.
His numeres in. gis. mittentia. nix niuis addes.
Ox. ocis. producit ut atrox. Gis breuiabit.
Cappadocis breuiat. & praecox iungitur illi.
Porrige nomen in. ux. quod mittit in. ucis. & ugis.
Quinq; tantum breuiant haec. nux. crux. dux ducis. & trux.
Atq; uolux uolucis. de coniux coniugis exit.

¶ De cremento plurali.

A Plurale uel. o. crementum protrahit aeque.
Sed breuis eſt. i. uel. u. patribus probat hoc ue rubuſq;.

ro a capite q̄ deſinunt in. ps. ex regula ſuperius tradita diximus breuiare. vt biceps. cipitis. anceps. pitis. capri-ceps. itis. Qđ fit in. ax. ꝙ nomina deſinētia in. ax. ꝑdu-cūt cremētū. vt audax. acis. cōtumax. acis. ptinax. acis. Breuiāt vero fax. facis. ꝟg. in buc. mopſe nouas inci-de faces. Ex graecis. qđ nomina graeca in. ax. deſinētia partim ꝑducūt. vt trax. acis. aiax. acis. ſiphax. acis. ꝟir-gi. iij. aeñ. thraces arāt acri quondam regnata lycurgo: Idē in. j. vnius ob noxā ⁊ furias aiacis oilei. Iuue. tol-le tuū precor hannibalē victūq; ſiphacē. Oui. vj. faſtoꝝ poſtera lux oritur ſuperat maſiniſſa ſiphacē. Claudia-nus tñ breuiauit dicēs cōpulimus durū ſiphacē. parti breuiant. vt abax. acis. a quo eſt abacus. i. atax atacis. dropax. acis. pharnax. acis. ſmilax. acis. ſtorax. acis. Iu-ue. ornamētū abaci: necnon ⁊ paruulus infra. Hora. j. ſer. hoc erat experto fruſtra Uarrone atacino. ab atace fluuio galliae ſic cognominato Mar. philotro faciē la-uas ⁊ dropace caluam. Serenus necnon appoſito curā-tur dropace mēbra. Luca. in. ij. tigranēq; meū nec phar-nacis arma relinquas. Oui. iiij. met. ⁊ crocō in paruos verſum cū ſmilace flores. Uerg. in ciri. nō ſtorace ideo fragrantes picta capillos. Serenus. aut ſtyracē torres aut duri vulturis alam. ¶ Nomē in. ex. breuiat. qđ no-mina in. ex. deſinētia ſiue mittant gtm̄ in. cis. ſiue in gis breuiant. vt iudex. icis. pollex. icis. pulex. icis. remex. igis. aquilex. egis. grex. gis. Producunt vero rex regis. lex legis. veruex. ecis. halex. ecis. vibex. icis. qđ mutauit e. in. i. in obliquis: ⁊ nomina graeca. vt myrmex. ecis. ſcolex. ecis. quoꝝ quedā breuiant vt alopex. ecis. ſed de his in declinatione graeca plura dicent. Protrahit. ix. icis. ꝙ nomina deſinentia in. ix. producūt vt perdix. icis. lodix. icis. foelix. icis. Breuiant vero coxendix. icis. Serenus. clau-ſa acies inter geminae coxendicis vmbras. Hyſtrix. icis. calphurnius in aeglogis. venit ⁊ hirſuta ſpinoſiōr hyſtrice barba. Filix. icis. Uerg. ij. geoꝛ. ⁊ filicē curuis inuiſam paſcu aratris. Larix. icis. Luca. in. ix. ⁊ larices fumoq; grauez ſerpētibus vrunt. Calix. icis. Hora. ſecūdi calices quē nō fecere diſertū. Pix picis. Uerg. j. atrae maſſam picis vrbe rē-portat. Onyx onychis. ⁊ ab eo cōpoſitū ſardonyx ſardonychis. Iuue. ſardoniches criſpo numerantur pectine cordę. Uarix. icis. a quo eſt varicus ⁊ varicoſus. Iuue. varicoſus fiet haruſpex. Salix. icis. Uerg. in buc. floꝛentem citiſuz ⁊ ſalices carpetis amaras. Bebryx. ycis. Flaccus. li. ij. argonau. bebrycis ⁊ ſcythici procul in clementia ſaxi. ꝟg. v. eñ. bebrycia veniens amici de gente ferebat. Sillius tamē. iij. puni. produxit eandē dicēs: poſſeſſus bacho ſaeua bebrycis in aula. Cilix cilicis. Iuue. ſic pugnas cilicis laudabat ⁊ ictus. Eryx. ycis. Uerg. j. eñ. ſiue ericis fines regemq; optatis aceſtem. Natrix. icis. Lucillius. in. ij. ſaty. ſi natibus natricem impreſſit craſſam ⁊ capitatam. Sed nomina exeuntia in gis. breuiant quoq; vt duronix. gis. ambiorix. gis. ſtyx. gis. ſtrix. gis. qđ tum breuis tum lōga reperitur. Oui. vj. faſt. ſic fatus virgā qua ſtriges pellere poſſet. Oui. in amoꝛibus. vulturis in ramis ⁊ ſtrigis oua tulit. De graecis tñ ſuo lo-co plura dicemus. vnū tamē qđ extra oēm propoꝛtionē miſit gtm̄ breuiat: hoc eſt nix niuis. ¶ Ox ocis. producit: ꝙ no-mina deſinentia in. ox. producunt: vt atrox. ocis. ferox. ocis. velox. ocis. quę omnia mittūt gtm̄ in cis. In. gis. ꝟo qđ faciat gtm̄ vnū reperio allobrox. qđ breuiat. Iuue. Ruffus qui toties Ciceronē allobroga dixit. ex facientibus in cis. duo quoq; breuiāt. Cappadox. ocis. ꝑcox. ocis. Luca. in. ij. capadoces mea ſigna tenent. Calphurnius in eglogis. inſi-ta ꝑcocibus ſubrepere perſica prunis. ¶ Porrige nomē in. ux. ꝙ nomina deſinētia in. ux. ſiue mittāt gtm̄ in cis. ſiue in gis. ꝑducūt vt lux lucis. frux. gis. Breuiant vero nux nucis. Uerg. in buc. ſparge marite nuces. Crux. cis. Iuue. iudi-ce me dignus vera cruce. Dux ducis. Uerg. j. aeñ. regia poꝛtabat tyrijs duce laetus achate: ⁊ ab eo compoſitum redux reducis. Uergi. j. aeñ. vt reduces illi ludum ſtridentibus alis. Trux. cis. vnde eſt trucido trucidas. Horatius. in artē poetica: nec coram populo natos medea trucidet. Uolux volucis. pꝛopꝛium viri nomen qđ Priſcianus dixit breuiā-re. Coniux quoq; breuiat. Uerg. in buc. coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris.

A Plurale. crementū noīm plurale đr quoties gtūs nūeri pluralis creſcit ſup gtm̄ nūeri ſingularis. Dicit igiť ꝙ. a. ⁊. o. ⁊. e. in cremēto partiū oratiōis q̄ ꝑ caſus declinātur in plurali ꝑducūtur. vt muſa. ae. muſarum. dñs. dñi dñoꝝ. dies die. es. dierū. nā gtūs regularis quintae declinationis nō eſt diei: ſed die vel dies vel dij. vt in declinatione diximus. ꝙ ſi gtūs pluralis nō creſcit ſup gtm̄ ſingularē nō đr habere cremētū plurale. vt caeſar caeſaris ceſarū. ſer-mo. onis. ſermonū. In illis ꝟo q̄ nō habēt ſingularē alioꝝ propoꝛtionē ſequimur. vt athenae. arū. ambo. ae. ambo amboꝝ. arū. amboꝛum. ambobus ambabus ambobus. Illa ꝑterea q̄ irregulariter declinantur ſequuntur propoꝛtio-nem regularium: vt quis vel qui: cuius quoꝛum quarum quoꝛum. alter alterius alter alteroꝛum alterarum alterō-rum. Bos quoq; bouis tametſi crementum non habet: nihilominus o produxit. Horatius in epodo. paterna rurā bōbus exercet ſuis. ¶ Sed breuis eſt. quod. i. ⁊. u. in cremento plurali breuiantur: quod probat exemplo.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

De crementis verboꝝ.cap.iij.Poſt formationē tempoꝝ ⁊ perſonarū nihil eſt in verbo magis neceſſarium ꝙ̄ creſcentium ſyllabaꝝ quātitas: vnde pendet accentus. Quare viſum eſt hoc in loco crementis verboꝝ regulas tradere. Sed quia haec pars eſt ſatis commode ab Alexandro pertractata niſi quatenus in ſubiunctiui praeterito ⁊ futuro nonnihil aberrauit quatuoꝛdecim illius verſus mutuati ſumus.caetera ex noſtro adiecimus.

¶ Finales acuit. quinto deficiunt regulae ſuperiores: quoniam vltimae ſyllabae clauſularum q̄ interrogatiue proferuntur habēt accentū. Sed interrogationis genera duo ſunt altera nāqz dicitur percunctatio altera nomine generis dicitur interrogatio. Atqz vt Auguſt. in. iij. li. de doctrina chriſtiana notat: inter percūctationē & interrogationē hoc intereſt. qđ ad percunctationē multa reſponderi poſſunt: ad interrogationē nō poteſt reſpōderi niſi aut nō. aut etiā: vt ſi dicas quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes: poſt percunctationē multa poterūt rńderi. At cum dr. aut quid in euerſa vidi crudelius vrbe. vnū tantū potuit rńderi hoc eſt nihil. Hebreae voces. ſexto deficiunt regulae ſuperiores idiomate. hoc eſt cū dictiones peregrināe cū ſua literatura in ſermonē latinū transferuntur. peregrinas aūt hoc in loco itelligim⁹ hebraicas & graecas. Itaqz de hebraicis tradit primā regulā. qđ plaerūqz hoc eſt pro maiori parte acuunt vltimā nō tn̄ ſemp id qđ Alexander a Villa dei putauit: qm̄ compluresacuūt penultimā & nōnullae in tertia a fine acuuntur. Nā quemadmodū in repetitione illa quā fecimus nuper pluribus eſt a nobis diſputatū: q̄ dictiones hebraicae q̄ in veteri ac nouo inſtrumēto continētur: nā de aliis impſentiarū nō curamus nō excedūt numerū quinqz miliū ex q̄bus quadringētae aut nō multo plures acuūt penultimā. Tertia vero a fine multo pauciores ſexaginta opinor aut vt multū octoginta q̄s licebit videas in ſuo loco. Sed qđ de dictionibus hebraicis diximus intelligēdū eſt de illis que nō declinātur graeca aut latina inflexiōe. Nā ſi graece declinātur: accentū quoqz graecū habebūt: ſi latine accentū latinū. vt ec̃ abia ſi nō declinet accētū hz in fine. ſi declinetur graece abias abiu accentum habet in penultima: quia vltima eſt longa ſi latine abias abiae accentum in antepenultima. quia penultima eſt breuis. Sed de hoc in memorata repetitione plura. ¶ Si caſus graecos. ſubiungit alteram partem de dictionibus graecis: dicitqz quod ſi ex declinatiōe graeca latini aliquos caſus vſurpauerint neceſſario accētu graeco ſunt pferendi. Haec regula ab omnibus in commune doctis pariter & indoctis recepta eſt: nondū tamē ab aliquo quod ego ſciam elucubrata. Nos tamen in praefata repetitione pro virili noſtra hanc partem enucleauimus: hoc etiā in loco tantum admonuiſſe lectorem duximus eſſe ſatis. deinde ſubdit. quod ſi dictio graeca declinatione latina inflectatur accentu quoqz latino eſt proferenda. Sit exempli cauſa: lampas in recto caſu graeca eſt ſimul & latina. Sed a graecis in fine a latinis in penultima acuitur. In genitiuo lampadis latine accentu in antepenultima. lāpados graece in penultima profertur. In datiuo quoqz lampadi vltima longa accentu in antepenultima profertur a latinis. Sz lampadi vltima breui accentu in penultima profertur a graecis. In accuſatiuo praeterea lampadem & lampada: ſed lampadem latine lampada graeci vtriqz ſuo accentu proferunt. Vocatiuus ſimiliter vt nominatiuus. Ablatiuus: quia mere latinus eſt accentu latino tantum profertur. In plurali nominatiuo lampades a graecis. es. correpta terminatur: atqz proinde ab illis accentu in penultima profertur. Latini tamen eandem producunt quare ſuo accentu hoc eſt in antepenultima acuto enunciabunt. In accuſatiuo plurali lampades quia mere latinus eſt accentu latino profertur. lampadas vero quia graecus: graecum quoqz accentum habebit: hoc eſt in penultima. Sed de his ad ſufficientiā in repetitione idētidem repetita diſſeruimus.

Finales acuit: percunctas teqz rogansqz.
Hebrȩæ uoces plærumqz in fine acuuntur.
Non tamē & ſemper: quia ſȩpe in fine grauātur.
Id quod Alexander deceptus forte putauit.
Si caſus græcos uſurpet ſermo latinus.
Accentu græco talis uox eſt referenda.
Græca ſit at ſi uox: ſed declinata latine:
Accentus noſter caſus moderabitur illos.

## Donati grammatici barbariſmus incipitur.

Barbariſmus eſt una pars orationis uitioſa in communi ſermone in poemate uero metaplaſmus.
Item barbariſmus in noſtra loquela: in peregrina barbara lexis dicitur. ut ſi quis dicat maſtruca. cateia. magalia. acinacis.

Donati grammatici. hic eſt ille Donatus quo p̄ceptore multis in locis diuus Hieronymus gloriatur: extat eiuſdem opuſculum de octo partibus orationis. enarrationes quoqz in Terentium & Vergi. ſcripſit etiam in Lucam referente Hieronymo. Opus autem inſcribitur barbariſmus non quod de ſolo barbariſmo hic agatur: cū multo plura dicenda ſint de ſoloeciſmo de metaplaſmo. de figuris. de tropis: ſed quod in titulis librorum aliquando plura promittuntur aut pauciora quam poſtea reddantur. aut quod eſt conſuetudo nominandi libros ex ipſorum initio quemadmodum apud hebraeos quem appellamus nos geneſim ipſi vocant bereſit quod interpretatur in principio: quia liber ille ſic incipitur. In principio creauit deus coelum & terram. & eodem modo elleſemoth exhodum. vaicra Leuiticum.

Barbariſmus. inter barbariſmum & ſoloeciſmū eſt differētia: qđ barbariſmus eſt vitium in vna parte orationis. ſoloeciſmus in contextu partiū orationis: ſed aduertendum eſt hoc in loco id quod Seruius annotauit in. v. aeñ. libro inter barbariſmū & lexim: hoc eſt latinā perfectāqz locutionē eſſe metaplaſmū q̄ i vno verbo ſit ratione vitioſus. hoc eſt quod quanq̄ ſit vitiū: ratione tn̄ defenditur excuſaturqz. Inter ſoloeciſmū rurſus & ſchema i. perfectam ſermonū cōnexionē eſſe figuram: quae ſit in contextu partiū oratiōis rōne vitioſa. i. vt ſtatim diximus qđ quanq̄ ſit vitium: ratione tamē quadā excuſatur. Ergo metaplaſmus inquit & figura media ſunt: diſcernūtur peritia & imperitia. dicit igitur q̄ barbariſmus eſt vna pars orationis vitioſa. i. vitiū qđ contingit in vna parte oratiōis. In cōi ſermone. i. proſa ſiue oratione ſoluta & pedeſtri vbi non relinquitur locus excuſatiōi niſi defendatur vitiū vſu & autoritate. In poemate. i. apud poetas quibus licet multa facere q̄ nō licet hiſtoricis & oratoribus. ſed de metaplaſmo infra diſputabitur. Itē barbariſmus. ponit differentiam inter barbariſmum & barbaralexim. Nā barbariſmus eſt vitiū partis alicuius in eadem lingua. vt ſi dicas dn̄i pro dn̄s. Barbaralexis eſt cū dictio peregrina aſciſcitur in ſermonem noſtrum. vt maſtruca quod eſt genus veſtis ſardorum. i. ſardiniae incolarum: quo vocabulo vtitur Cicero in oratione pro Scauro. Cateia genus teli germanorum. de quo Verg. in aeñ. teutonico ritu ſoliti intorquere cateias: Magalia domus paſtoriciae aphrorum. Vergilius. j. aeñ. miratur molem aeneas magalia quondam. Acinacis Medorum gladius. de quo dixit Hora. j. carmi. vino & lucernis medus acinacis.

Barbariſmꝰ aūt. diuidit barbariſmū in duo gn̄a: hoc eſt eius qd̓ fit ſcripto ⁊ eius qd̓ ꝓnūciatione: quoꝝ qd̓ libet rurſus diuidit in q̄tuor gn̄a. ſcꝫ: additione. detractiōe. immutatione. trāſmutatione: lrę. ſyllabę. tpis. toni. aſpirationis. ⁊ ita colligūtur quadraginta barbariſmi ſpēs: hoc eſt viginti ex ſcripto ⁊ totidē ꝓnūciatione. de q̄bus ſtatim ponit exēpla. Per additionē lrae. Vg. j. aeñ. troas relliquias danaū atqꝫ immitis achilli. Nā relliqae a relinquēdo ſunt appellatae prima vtrobiqꝫ breui: ſꝫ poeta ꝓduxit: ideo. l. lra ē adiecta: excuſatur aūt vitiū carminis neceſſitate. Per additionē ſyllabae fit barbariſmꝰ: vt qd̓ ponit exēplū pro abiſſe abiiſſe. ex Vg. ij. aeñ. nos abiiſſe rati ⁊ vēto petiiſſe mycenas. imo detractio eſt ſyllabę abiiſſe ꝑ abiuiſſe: cōmodiuſqꝫ exēplū eſſet illud ex Juue. ⁊ barbarus induperator. interiecta ſyllaba. du. ꝑ imꝑator. Per additionē tpis. vt Vg. j. aeñ. Italiā fato ꝓfugus. nā prima ꝑ naturā breuiat. Idē in. vij. antiq̄ ex cedro Italuſqꝫ ꝑſqꝫ Sabinꝰ. Per detractionē lrae: vt infantibu paruis. ꝑ infantibus paruis. ⁊ eſt opinor Lucilij exēplū. Per detractionē ſyllabae. vt ſalmētū ꝑ ſalſamētū. ⁊ eſt poetae cuiuſpiā antiq̄ſſimi. Per detractionē tpis. vt Uer. j. aeñ. vniꝰ ob noxā ⁊ furias Aiacis oilei. cū vniꝰ penultima ꝓducta ꝓferri debeat. Per imutationem lrae. vt Vg. j. aeñ. olli ſubridēs hoīm ſator atqꝫ deoꝝ. ꝑ illi ſubridēs. Per imutationē ſyllabae. vt ꝙ dicit pnuces ꝑ pnicies: ſꝫ hoc exēplū nō facit niſi ad mutationē lrae: ſed cōmodius exēplū eſſet illud Catulli: quoi dono lepidū nouū libellū. ꝑ cui. Per imutationē tpis. vt Vg. viij. aeñ. feruere leucatē: penultima breui. cū feruere ꝑ ſcd̓am penultimā ꝓducere debeat. tāetſi feruo. is. ꝑ tertiā declinetur. Per trāſmutationē lrae. vt Vg. xj. aeñ. haec mea magna fides: at nō Euādre pudēdis. cū tñ Euādre poſſit ēē ab eo qd̓ eſt Euādrus. vt idē: tūc rex Euādrus Romanae cōditor arcis. Syllabae. vt diſplicina ꝑ diſciplina. ⁊ eſt forte exēplū ab aliq̄ autore ſumptū. Tpis. vt ſi lōgā pro breui ⁊ breuē ꝑ lōga poſuiſti. vt qd̓ ponit exēplū deos: cuiꝰ prima ſyllaba ē breuis ⁊ vltima lōga. Toni quoqꝫ ſupiꝰ tñ poſuit exēpla de additiōe lrae imutatiōe trāſmutatiōe lrae vel ſyllabae vel tpis. vñ colligunt duodecim ſpēs barbariſmi in ꝓlatiōe totidēqꝫ i ſcripto: nūc dicit qd̓ ēt ꝑ accētus ꝑñt fieri q̄tuor ſpēs barbariſmi i ꝓlatiōe: ⁊ q̄ ēt accētꝰ ꝑ apices deſignātur totidē ēt ſpecies colligētur ex ſcripto. Tpa quoqꝫ in ambiguis per apices debere notari Quint. ꝓcipit. q̄re barbariſmi ſpecies circa tps duplr erūt: hoc eſt ſcripto ⁊ ꝓlatione: ⁊ ſic habemꝰ duas ⁊ triginta barbariſmi ſpēs. Totidē ēt modis. octo quoqꝫ aliae ſpēs barbariſmi colligūtur circa aſpirationē. nā ⁊ ipſa poteſt addi: vt ſi tñ ſcribas ꝑ. th. Detrahi. vt ſi thalamus ſcribat ſine aſpiratiōe. Immutari. vt ſi tethys vxor oceani ſcribat in ſecūda ꝑ. t. exile. Trāſmutari. vt ſi eadē ſcribat primo aſpirato ⁊ ſcd̓o exili. Itaqꝫ ex ſcripto ſuboriunt q̄tuor barbariſmi ſpecies. ⁊ quia ſic proferre debemus quemadmodum ſcribimus: ⁊ ſcribere vt proferimus: colliguntur aliae quattuor ſpecies ex prolatione aſpirationis: aut ſaltem ſi non eſt prolatio: erit quaedam ſpiritus expreſſio: ⁊ ſic reſultant q̄draginta: quas diximus barbariſmi ſpecies: de quibus hactenus dictum eſt. Fiunt autem. ſunt alia vitia in ſermone puta hiatus per concurſus plurium vocalium: aut colliſiones per concurſus plurium conſonantium: illarum maxime quae duriores ſunt. vt. f. r. flagro. frango. quemadmodū in illo verſu quē affert Hora. poſtq̄ ferratos poſtes portaſqꝫ refregit. ⁊ illud Uergilij. poſt tergum nodis fremet horridus ore cruento. Sunt etiam vitia malae compoſitiōis: quam graeci vocant cacoſyntheton: vt quod per. m. litterā fit cū ſequitur vocalis. nam. m. magis videtur ſonare cū vocali ſequēte q̄ cū precedente. vt ſi dixeris venturum excidio Lybiae. ⁊ dicitur metaciſmus. i. vitium circa. m. lrām eā figura qua barbariſmus. Lābdaciſmus fit ꝑ. l. litterā: qñ vꝫ aut nimis ſonat aut parū ſonat qd̓ ⁊ circa aliae lrās cōtingit. nā quēadmodū Quint. ait: ſonus litterarū neqꝫ debet eſſe oppreſſus neqꝫ expreſſus. Iotaciſmꝰ fit ꝑ. i. lrām q̄ a graecis dr̄ iota. ꝑ quā frequēter oratio fit hiulca. q̄ omnia ſubaudi vitia ſonantia plus aut minus aequo. i. eo quod oportet qd̓ vitioſum eſt. nā vt dixi ex Quintiliani autoritate ſonus litterarū neqꝫ debet eſſe oppſſus neqꝫ expſſus hoc eſt neqꝫ nimiū neqꝫ parū ſonare. Sed quātū litterae debeant ſonare nō eſt cuiuſqꝫ iudiciū: ſed illius tñ qui eſt eruditus. nā vt eſt in prouerbio: caecus male iudicat de coloribus. ⁊ hoc eſt quod Quintil. dixit: neqꝫ eniꝫ cuiuſqꝫ auris eſt exigere litterarū ſonos: non magis hercle q̄ neruorum. Nos cauenda. ſenſus eſt: an huiuſmodi vitia ſint barbariſmi ſpēs: an ſub alio genere reponi debeant nihil refert: neqꝫ in eo multū eſt diſputandum. nobis ſatis ſit admonuiſſe lectores vt fugiant huiuſmodi vitia: ſed quid fugere aut ſequi debeāt: iā nō eſt cuiuſqꝫ: ſed vt dixi eius qui eſt eruditꝰ.

Barbariſmus aūt fit duobus modis. ſcripto & pronūciatione. His bipartitis quatuor ſpecies ſupponūtur: additio: detractio: imutatio: trāſmutatio: litterę: ſyllabę: temporis: toni: aſpirationis.

Per additionem literæ fiunt barbariſmi. ut relliquias Danaum: cū reliquias per unū. l. dicere debeamus. Syllabæ ut nos abiiſſe rati: pro abiſſe. Temporis. ut Italiam fato cum Italiam correpta prima dicere debeamus.

Per detractionem literæ: ut infantibu paruis, pro infantibus. Syllabę: ut ſalmentum pro ſalſamentū. Temporis: ut unius obnoxam: correpte pro unius producte.

Per imutationē lrę: ut olli pro illi. Syllabæ: ut pnuces ꝑ pnices. Tpis: ut feruere leucatē: cū feruere ſit ſcd̓æ coniugationis. & producte dici debeat.

Per tranſmutationē litterę. ut Euandre ꝑ Euander. Syllabę: ut diſplicina pro diſciplina. Temporis: ut ſi quis deos producta priori ſyllaba & correpta poſteriori pronunciet.

Toni quoqꝫ ſimiliter per has quattuor ſpecies commutantur: nam & ipſi adiiciuntur: detrahuntur: mutantur. & tranſmutantur: quorum exempla ultro ſe offerunt ſi quis inquirat.

Totidē etiam modis per aſpirationē deprehēditur barbariſmus: quē quidā ſcripto: quidā ꝓnūciationi iudicant adſcribendum propter. h. ſ. quā alii literam: alii aſpirationis notam deputant.

Fiunt aūt barbariſmi ꝑ hiatꝰ & colliſiones: & ſunt etiā malę cōpoſitiones cacoſynthetō: q̄ uitia nonnulli barbariſmū eſſe putāt: in q̄bus ſunt metaciſmi: labdaciſmi: iotaciſmi: hiatꝰ: colliſiones. quæ oīa pluſequo minꝰ ue ſonātia ab eruditis auribꝰ reſpuuntur. Nos cauenda hæc omnia uitia prelocuti controuerſiam de nomine pertinacibus relinquamus.

# Liber quintus.

De ſoloeciſmo. Soloeciſm⁹ dictus eſt a ciuitate Ciliciȩ ſoloe ſoloꝝ. quã ſolõ Salaminus cõdidit: cuius incole cũ eſſent ſemigraeci ⁊ ſemibarbari ſermonẽ graecũ corrũpere cœperũt. ⁊ inde a loco ſoloeciſmus dici coeptus: quẽadmodũ barbariſmus a barbaris. hoc vitiũ ab Aſinio pollione iparilitas: ab alijs ſtribiligo appellaƚ. i. orationis q̃dã detorſio. Soloeciſmus igiƚ eſt vitiũ in cõtextu partiũ orationis. nã eo differt a barbariſmo: qui eſt vitiũ in vna tm̃ dictiõe. Sed hoc vitiũ cõmittiƚ quoties quis peccat cõtra regulas artis grãmaticae. puta de conueniẽtia nti cũ verbo adiectiui cum ſubſtantiuo relatiui cum antecedẽte prepoſitionis cum ſuo caſuali verbi cum caſu cum quo debet conſtrui: ⁊ eodem modo de reliquis. Inter ſoloeciſmum. ex diffinitione barbariſmi ⁊ ſoloeciſmi iam patuit haec differentia. Diſcrepantes. i. diſconuenientes. vt ſi dicas vir bona legunt lectionis. inconſequentes. vt ſi dicas vir lectionem legit bonus. nam licet partes orationis in ordine permutari poſſint: eſt tamẽ quȩdam incompactilis iunctura que admitti non debeat. Scriptis aut pñũciatis. ⁊ hoc dictũ eſt: vnde barbariſmi ſpecies duplicatae ſunt. Quanq̃ multi. queſtionem quandam ſoluit an in vna tantum particula orationis poſſit ſoloeciſmus fieri. reſpondetq; poſſe fieri ſi particula illa habeat implicitam vim contextae orationis. ⁊ ponit exẽpla. vt ſi quis quereret a te quis fecit hoc: ⁊ reſpõderet vno verbo hic: oꝫ eſſet ꝑfecta. ſubintelligitur nãq; vir fecit. quare ſi rñderet haec barbariſmus non erit: ſed ſoloeciſmus: ac ſi explicite diceret. haec vir fecit hoc aut hic foemina fecit hoc. Reſpondeamus romae pro Romam. Aut vnum. hoc ſoloeciſmi vitio ſermo Hiſpanus frequens eſt. quod nulla ratione defendi poteſt: ſed ſolo vſu: q2 docti ſimul ⁊ indocti ita loquũtur: ⁊ loquendum eſſe vt plures ſentiendũ vt pauci Ariſto. autor eſt. Multi etiã. quadrigae. arũ. ⁊ ſcopae. aꝝ. in numero tm̃ plurali poſſe declinari Caeſar in libris de analogia. Au. Gellius. Phoca. Diom. atq; alij teſtantur. Igitur cũ Plin. lib. xxxiiij. dixit quadriga regitur ab Alcibiade. erat dubium: ſed in vno verbo tm̃: ex diffinitiõe vtriuſq; vitij eſſe potius barbariſmũ cõſtat. Soloeciſmus fit duobus modis. duo ſoloeciſmi gñã põit: alterũ qđ fit ꝑ partes orationis cũ alia pars ꝑ alia poniƚ. vt nomẽ pro aduerbio ⁊ ecõtrario aduerbiũ pro noĩe. aut cũ eadẽ pro ſeipſa: ſed aliter accipitur. alterũ genus eſt quod fit ꝑ accidentia partiũ orationis: cuius tot ſũt ſpecies quot ſunt accidentia cuiuſq; dictionis. Deinde ponit exemplũ vtriuſq; generis. ⁊ primo prioris mẽbri. vt Verg. vij. aeñ. Toruũq; repente clamat. toruum nomen poſuit pro torue aduerbio. ſub hoc genere eſt alia ſoloeciſmi ſpẽs cũ eadẽ pro ſeipſa. ſed aliter poſita accipiƚ. vt apud Verg. vj. aeñ. cui tm̃ de te licuit. ꝑ in te. nã caſus eſt ꝑ caſu. i. abltũs pro actõ. nã qđ ꝓpoſitio de ꝑ in poniƚ ſupioris mẽbri exẽplũ eſt. Per accidẽtia. alterius gñis qđ fit per accidẽtia partiũ orationis ponit exẽpla. ⁊ primo de qualitate que in nomie eſt: illud per qđ nomẽ propriũ diſtinguiƚ ab appellatiuo. vt Vgi. iiij. aeñ. hauriat hũc oculis ignẽ crudelis ab alto Dardan⁹. Nã propriũ nomẽ eius qui Troiã cõdidit hoc eſt filiũ Iouis pro Dardanius poſuit. qđ eſt appellatiuũ ⁊ omnibus Troianis cõpetere põt. Per gña fiũt ſoloeciſmi. vt ſi dicas validae ſilices. forte validae ⁊ ſilices dixit alludens ad illud Vgi. in buc. ah ſilice in nuda connixa reliquit. ſicut qđ ſequitur eiuſdẽ Vg. in eodem. Tum Phaetõtiadas muſco circundat amarȩ corticis. nã ſilex ⁊ cortex foeminina ſunt. ⁊ Plautus in captiuis: collus caret collaria. pro collum caret collario: ſed hoc vitium potius ad barbariſmum pertinet cũ nõ ſit in contextu orationis: ſed in vno tm̃ verbo: ſed validae ſilices ⁊ amarae corticis ſub ſoloeciſmo. Per numeros fiunt ſoloeciſmi: vt ſi dicas illud ex Vgi. j. aeñ. pars in fruſtra ſecant. nã pars nõ iungitur niſi vitioſe cũ verbo plurali ſecant: ſed in carmine habet excuſationẽ: in proſa oratione hoc vitiũ excuſabile nõ eſt. Per cõparationẽ fiũt ſoloeciſmi qm̃ Donatus ⁊ Diomedes cõparationẽ inter nominis accidẽtia numerant. ⁊ ponũt exẽplũ alicuius poetae qui non extat: puta Ennij aut Lucilij. Rñdit Iuno ſaturnia ſancta dearũ pro ſanctiſſima. hoc eſt poſitiuũ pro ſuplatiuo. Per caſus fiũt ſoloeciſmi ſi ponatur caſus ꝑ caſu. vt Vg. j. aeñ. vrbẽ quã ſtatuo vr̃a eſt. ꝑ vrbs. hoc eſt actũs ꝑ ntõ. Per modos vboꝝ. ꝑ accidẽtia quoq; verborũ fiunt ſoloeciſmi puta ꝑ modũ qđ eſt vnũ de verbi accidẽtib⁹: ⁊ ponit exẽplũ ignoti cuiuſdã poetae Itis paratis arma q̃ primũ viri. ꝑ ite parate arma. indicatiuũ ꝑ impatiuo. Per ſignificatiões verboꝝ q̃ et verbi accidẽs eſt fiũt ſoloeciſmi. ⁊ ponit exẽplũ cuiuſdã icogniti poetȩ: expoliãƚ eos ⁊ corpa nuda reliquũt. hoc eſt ꝑ actiua ſignificatiõe paſſiuã poſuit.

### De ſoloeciſmo.

Soloeciſmus eſt uitiũ in cõtextu partiũ orationis cõtra regulã artis grammaticȩ factum. Inter ſolœciſmũ & barbariſmũ hoc intereſt: q̃ ſolœciſmus diſcrepantes aut inconſequentes inter ſe dictiones habet. Barbariſmus autẽ in ſingulis uerbis fit aut ſcriptis aut pronunciatis. Quanq̃ multi errent: qui putant in una parte orationis etiam fieri ſolœciſmum: ut ſi demonſtrantes uirum hanc: aut fœminam hunc dicamus. Aut interroganti quo pergamus: reſpondeamus romȩ Aut unũ ſalutantes: ſaluete dicamus. Cum utiq; præcedens demonſtratio uel interrogatio uel ſalutatio uim contextæ orationis obtineat.

Multi etiã dubitauerunt utrum quadriga: ſcopa: ſolœciſmus an barbariſmus eſſet: cum. ſ. id genus dictionis barbariſmum eſſe uel ipſius uitii diffinitione poſſit agnoſci facile.

Solœciſm⁹ fit duob⁹ modis: aut ꝑ ptes orõnis aut ꝑ accidẽtia ptiũ orõnis. Per ptes orõnis fit cũ alia ps ꝓ alia poniƚ. ut toruũq; repẽte clamat: ꝓ torue nomẽ ꝓ aduerbio poniƚ. Fit etiã in eadẽ parte orõnis hoc uitiũ: cũ ipſa ꝓ ſe nõ in ſuo loco neq; ut cõſueuit ponitur. ut cui tantũ de te licuit pro in te.

Per accidẽtia ptiũ orõnis fiũt tot modis ſolœciſmi quot ſunt accidẽtia partiũ oratiõis: ſed in his ꝓpter cõpẽdiũ ideſt breuitatẽ pauca mõſtrabimus.

Per qualitates nominum fiunt ſolœciſmi. ut hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardan⁹. proprium pro appellatiuo poſuit.

Per genera. ut ualidȩ ſilices pro ualidi: & amarȩ corticis pro amari: & collus collaria caret.

Per numeros: ut pars in fruſtra ſecant. pro ſecat.

Per caſus. ut urbẽ q̃ ſtatuo u(r̃)a ẽ: ꝓ urbs. quã ſtatuo.

Per modos uerborũ. ut itis paratis arma q̃ primum uiri. pro ite parate arma: idicatiuũ pro impatiuo.

Per ſignificationes uerboꝝ. ut expoliãtur eos & corpora nuda relinquunt. pro expoliant.

Per tpa fiūt ſoloeciſmi cū tps qḋ eſt vnū de accidētibus vbi ꝑ alio tpe ponit. vt Vgi.iij.aeñ. ceciditqȝ ſupbū iliū ⁊ ois humo fumat Neptunia Troia. fumat.i. pſens poſuit ꝑ pterito fumauit. Per perſonas fiunt ſoloeciſmi cū alia ꝑſona pro alia accipitur ⁊ ponit exemplum. vt Danai qui parent Atridis q̄ primū arma ſumite. pro qui paretis: hoc eſt tertia perſona pluralis pro ſcḋa eiuſdem numeri. Per aduerbia fiunt ſoloeciſmi: vt ſi dicas eo intus pro intro: qꝛ intus ſignificat in loco. intro ad locum: ſed alterum pro altero ponitur hoc in loco. Italia venio non dicimus: ſed de Italia. ⁊ qḋ Vg. in pncipio gñ. dixit. Italiā fato profugus Lauinaqȝ venit littora. qꝛ noīa vrbiū ponūtur aduerbialiter ſine ꝓpoſitiōe. Noīa aūt regionū ⁊ puinciarū nō ponunt aduerbialiter. ideo iūgi debēt ꝓpoſitiōibus. Ad Romā vado nō dicim⁹: ſed Romā qꝛ ponit aduerbialiter. Separatim addēda. i. nō ꝑ cōpoſitionē ſed ꝑ appoſitionē. qḋ cū aduerbio nō pōt facere: ſed cū dictiōe caſus habēte. Per ꝓpoſitiōes fiūt ſoloeciſmi cū alia ꝑ alia ponitur. vt verg. ſub lucē exportāt calatis. ꝑ ante lucē: immo circa lucē. Illud quoqȝ eiuſdem in. j. aeñ. ſiluis te Tyrrhene feras agitare putaſti. ꝑ in ſiluis ſubintellige. Per cōiūctiones quoqȝ fiūt ſoloeciſmi cū altera ꝑ altera ponit. vt Vg. ij. aeñ. ſubiectiſqȝ vrere flāmis: qȝ copulatiuā poſuit pro diſiūctiua ve ſiue vel. ⁊ hic ſoloeciſmus fit ꝑ ſignificationes cōiunctiōis. Per ordinē cōiunctionū quod eſt vnū ex illius accidētibus fit ſoloeciſmus cū cōiūctio ꝓpoſitiua ponitur pro poſtpoſitiua aut ecōtrario: vt ſi dixeris: aūt fieri nō debet: pro fieri aūt non debet. autē nāqȝ cōiunctio eſt poſtpoſitiua. Fiunt pterea. pluribus alijs modis poteſt fieri ſoloeciſmus q̄ ſuperius eſt diſputatum: cum omne vitium circa oratiōis ſtructuram in ſoloeciſmum cadat: quod multipliciter poteſt contingere. Sed notādus eſt non vt imitemur: ſed vt fugiamus. Soloeciſmus eſt ī proſa: quemadmodum metaplaſmus diximus eſſe medium inter barbariſmum ⁊ lexim: ita nūc dicim⁹ ſchema eſſe inter ſoloeciſmum ⁊ rectam locutionē: ſed ſchema excuſatur ratiōe carminis: ſoloeciſmus vitium eſt inexcuſabile.

¶ De decem vitijs.

Cum barbariſmo. decem vitia dicit eſſe cōmunia barbariſmo ⁊ ſoloeciſmo. q̄ noīatim primo deinde q̄ illa ſint exponit ſingulatim. Acyrologia quae interpretatur improprietas eſt cū aliqua dictio īproprie ponitur: vt cum ſpes ſit de bono futuro opinato: timor autē de malo futuro opinato: cum Verg. iiij. aeñ. li. dixit. hunc ego ſi potui tantū ſperare dolorem. acyrologiam commiſit: quae improprietas q̄uis in vno verbo ſit: qꝛ ſpero ponitur pro timeo: tñ nō liquet de vitio niſi ex ſtructura vtriuſqȝ particulae: hoc eſt ſperare ⁊ dolorē. Cacēphaton. qḋ interpretatur mala ſiue turpis locutio. fit duobus modis. vel ex iunctura partium orationis: cū vȝ ex fine precedētis dictionis ⁊ principio ſequētis aliquis ſonus durus aut turpis ſenſus ſentitur. Et ponit exēplū de dura compoſitione ex Vergi. j. aeñ. dicēs. Et numerū cū nauibus aequat. Nam rū ⁊ cū durē coeunt. de ſcḋo. Mar. nunc in adoptiuis pſica cara ſumus. Aut cōmittit cacēphatō cū ipſi verbo ſubeſt aliqua turpitudo. vt apud Teren. in andria. arrige aures pāphile. cū arrectio proprie ſit membri genitalis tētigo. Mar. arrigis ad vetulas faſtidis Baſſe puellas. Pleonaſmos interpretatur plenitudo ſiue ſuperabundantia. ⁊ fit qñ ſupfluit aliqḋ verbū ſine quo ſententia nihilominus erat perfecta. vt Verg. j. aeñ. ſic ore locuta eſt. ſupfluit nāqȝ ore particula: qꝛ ſine ore loqui nō poſſumus. Periſſologia interpretatur ſermonis ſuperfluitas. nam periſſos eſt ſuperfluus. ⁊ eſt quoties verba ſupflua adduntur: ſiue cū eandem rem varijs modis diximus. vt ibāt qua poterāt. qḋ vero additur qua poterāt nō ibant: ocioſe adiectū eſt: qꝛ in ſuperiori ſermone intelligit etiā ſi nō dicatur. Macrologia interpretatur lōgus ſermo ſiue lōgitudo ſermonis. nā macros eſt lōgus: ⁊ eſt qñ breuis ſentētia multis verbis cōtexit. ⁊ ponit exēplū ex Liuio lib. viij. ab vrbe. legati nō impetrata pace retro vnde venerūt reuerſi ſunt. ſatis eñ ſuiſſet dicere legati nō impetrata pace redierunt. Tautologia interpretatur idēitas ſermonis. a tautos qḋ eſt idē: ⁊ eſt qñ repetit eadē res ꝑ diuerſa verba. vt ſi dicas egometipſe feci. met ⁊ ipſe ocioſe adiecta ſunt: ſaltē alterum illorum. Eclipſis interpretat defectus ab eclipo qḋ eſt deficio: ⁊ eſt qñ particula neceſſaria in oratiōe deficit verbū maxime: ſine quo oratio impfecta eſt: ⁊ ponit exēplū ex Ver. j. aeñ. Cū iuno aeternū ſeruās ſub pectore vuln⁹: haec ſecū ſubaudi locuta eſt.

Per tēpora. ut ceciditqȝ ſuperbū Ilium: & omnis humo fumat Neptunia Troia. pro fumauit.

Per perſonas. ut Danai qui parēt Atridis: q̄ primū arma ſumite. pro eo qui paretis.

Per aduerbia. ut intus eo: pro intro. & Italia uenio ꝑ de Italia. & ad romā uado. pro romā. cū prepoſitio ſeparatim noibus addēda ſit nō aduerbio.

Per ꝓpoſitiones. cū alia ꝑ alia ponitur. ut ſub lucē ibāt. ꝑ ante lucē. Aut neceſſitate ſubtrahitur. ut ſiluis te Tyrrhene feras agitare putaſti. ꝑ ī ſiluis.

Per cōiūctiones. ut ſubiectiſqȝ urere flāmis. qȝ ꝑ ue.

Per ordinem coniunctionum. ut autem fieri nō debet: pro fieri autem non debet.

Fiūt pterea ſoloeciſmi pluribus modis: quos reprehēdēdo poti⁹ q̄ imitādo poſſumus adnotare. ſoloeciſmus eſt in proſa. in poemate ſchema dicit.

Sequitur de decem uitiis.

Cum barbariſmo & ſoloeciſmo decem uitia nominantur: hoc modo. Acyrologia. Cacemphaton. Pleonaſmos. Periſſologia. Macrologia. Tautologia. Eclypſis. Tapinoſis. Cacoſyntheton. Amphibologia.

Acyrologia eſt impropria dictionis poſitio: ut hūc ego ſi potui tātum ſperare dolorem. pro timere.

Cacēpharon eſt obſcoena pronūciatio uel in cōpoſita dictione: uel in uno uerbo. ut numerū cū nauibus æquat. & arrige aures Pamphile.

Pleonaſmos eſt adiectio ſuperuacua ad plenā ſignificationem. ut ſic ore locuta eſt.

Periſſologia ē adiectio uerborū ſupuacua ſine ulla ui rex. ut ibāt q̄ poterāt: qua nō poterāt nō ibāt.

Macrologia eſt longa ſententia res nō neceſſarias comprehendens. ut legati non impetrata pace retro: unde uenerunt: reuerſi ſunt.

Tautologia eſt eiuſdem dictionis repetitio uitioſa: ut ego metipſe uenio.

Eclipſis eſt defectus quidam neceſſariæ dictionis: quam deſiderat preciſa ſententia. ut hæc ſecum. deeſt loquebatur.

Tapinoſis eſt hũilitas magnę rei: nõ id agẽte ſentẽtia qď demõſtrat. ut penituſq; cauernas ingentes uterũq; armato milite cõplẽt. i. multę legiões armatorũ militũ ipleuerũt multas cauernas. Et dulichias uexaſſe rates. & Pelidę ſtomachũ cedere neſcii.

Cacoſynthetõ eſt uitioſa dictionũ cõpoſitio. ut uerſaq; iuuẽcũ terga fatigamus haſta.

Amphibologia eſt ambiguitas dictionis q̃ fit p̃ accuſatiuũ: ut ſi quis dicat: audio ſecutorem retiarium occidiſſe. At per uerbũ. ut criminat̃ Cato: uadatur Iulius: nec addatur quẽ uel a quo. Aut per participiũ. ut uideo ſtatuã aureã haſtã tenẽtẽ. Fit etiã per ſynonyma: ut ſi qs dicat aciẽ: neq; addat oculorũ: aut exercitus: aut ferri. Fit etiã pluribus modis quos recenſere omnes: ne nimis longum eſſet: non oportet.

## De metaplaſmo.

Metaplaſmus eſt trãſformatio q̃dam recti ſolitiq; ſermonis in alterã ſpeciem metri: ornatus: neceſſitatis ue cauſa. Huius ſunt ſpecies quĩdecim. Proſtheſis. Epentheſis. Paragoge. Apheręſis. Syncopa. Apocopa. Ectaſis. Syſtole. Dięreſis. Synæreſis. Epiſynalœpha. Synalœpha. Ecthlipſis. Antitheſis. Metatheſis.

Proſtheſis eſt appoſitio q̃dã ad principiũ dictiõis literæ uel ſyllabæ. ut gnate pro nate. tetulit p̃ tulit.

Epẽtheſis eſt interpoſitio quædam ad mediã dictionem literæ uel ſyllabæ. ut relliquias p̃ reliquias. Induperator pro imperator. Hanc aũt alii epentheſim: alii parentheſim uocant.

Paragoge eſt appoſitio quędam ad finẽ dictionis literę uel ſyllabę: ut magis pro mage. & poteſtur pro poteſt. Hanc alii paralepſim: alii prolepſim: ideſt præſumptionem uocant.

Aphæreſis eſt ablatio de principio dictionis literæ: uel ſyllabæ: contraria proſtheſi. ut mitte pro dimitte. temno pro contemno.

Syncopa eſt ablatio de media dictione lr̃æ uel ſyllabę cõtraria epentheſi. ut audacter pro audaciter. & commorit pro commouerit.

Apocopa eſt ablatio de fine dictiõis lr̃ę uel ſyllabæ cõtraria paragogę. ut Achilli p̃ Achillis. poſſis pro poſſitis. potes pro poteſtis. mutu p̃ mutuo.

Tapinoſis interp̃tat̃ humiliatio. nã tapinos eſt humilis. ⁊ eſt qñ rẽ magnã verbo humili ⁊ minus ſignificãti exprimimus. Et ponit exẽplũ Vg. ex. ij. aeñ. Uterũq; armato milite cõplẽt. Nã milite pro militibus minus dixit ⁊ plus intelexit. ⁊ Dulichias rates idẽ virg. dixit in buc. pro naues Ulyxis: cũ ratis nõ ſit nauis: ſed lignorũ ſtrues ad traijcienda flumina: additq; tertiũ exẽplũ ex Hora. in. j. car. Pelidae ſtomachũ cedere neſcij. i. Achillis nepotis Pelei iram q̃ neſciebat alicui cedere. ponẽdo igit̃ ſtomachũ pro ira partẽ ignobiliorẽ p̃ nobiliori poſuit. Cacoſyntheton interpretatur male cõpoſitũ ⁊ eſt qñ partes inter ſe male coordinãtur: q̃ď placrũq; in carmine cõtingit. ⁊ ponit exemplũ ex Uir. ix. eñ. Uerſaq; iuuẽcũ terga fatigam⁹ haſta. hoc eſt nos agimus. i. inſtigamus terga iuuencũ pro iuuencorũ. haſta verſa. i. eadẽ haſta qua ferro pugnamus verſa in ſtimulũ. Amphibologia interp̃tat̃ ambiguitas ſermonis ſiue amphibologia ambiguitas. ab amphibolos: qď eſt ambiguus. ⁊ eſt qñ ſub eiſdem verbis varij ſenſus poſſunt intelligi qď plurib⁹ modis fieri põt: ponit aũt exẽpla quorũdã illorũ modorũ. ⁊ in p̃mis p̃ actiuũ cũ quo modus infinitiu⁹ cõſtruit̃ ante ſe ⁊ poſt ſe. nã dubiũ eſt vter illorũ ſit poſit⁹ in p̃ſona agẽti aut patiẽti. vt ſi qs dicat audio ſecutorẽ retiariũ occidiſſe: ambiguũ eſt vter illorũ alterũ occiderit. fuit aũt ludus apud antiquos in quo ſecutor qui idẽ mirmillo dicebatur cũ retiario cõfligebat: de cuiuſmodi ludo multa apud Iuue. Mar. Trãquillũ atq; alios autores dñr. Aut p̃ verbũ ſubaudi cõis ſignificationis fit amphibologia. vt Cato criminat̃: cũ actionẽ ⁊ paſſionẽ ſignificet: dubiũ eſt an Cato accuſet an accuſetur. q̃re ex adiũctis amphibologia eſt tollẽda: hoc eſt exprimẽdo quẽ aut a quo criminat̃: ⁊ eodẽ modo de vador vadaris qď eſt vades dare aut vades accipe. Fit etiã per ſynonyma hoc eſt per ęquiuocationẽ alicui⁹ verbi cũ vnũ nomẽ plura ſignificat. nã ſi ſimp̃r p̃ferat̃ amphibologiã relinq̃t: cum lector aut auditor neſciat in quã partẽ debeat accipe vocabulũ illud. ⁊ ponit exẽplũ de cane qď tum animal nobis familiare. tũ ſtellã notã. tũ piſcẽ maleficũ ſignificat addit p̃terea plurib⁹ alijs modis poſſe fieri amphibologiam.

## De metaplaſmo.

Metaplaſmus interpretatur tranſformatio: et eſt qñ id qď p̃prie dicitur tranſformat̃ in aliã ſpeciẽ: qď nõ poteſt fieri niſi p̃ vitiũ: qď quia excuſabile eſt p̃ aliquã rationem dr̃ metaplaſmus: quẽ dixim⁹ eſſe mediũ inter barbariſmũ ⁊ lexim ratio aũt q̃ põt excuſare hoc vitiũ eſt aut metri neceſſitas aut ornatuſq; aliquid elegãtius dicit̃ p̃ figuratũ q̃ȝ p̃ p̃priũ. aut neceſſitas cũ nõ habemus propriũ vtimur mutuo aut accõmodato. Ponit aũt metaplaſmi quindecim ſpẽs. de quibus ſingulatim differit. Proſtheſis interpretatur appoſitio: ⁊ eſt cũ in principio dictiõis apponit̃ litera vel ſyllaba ⁊ de litera ponit exẽplũ ex virg. j. aeñ. gnate meae vires mea magna potentia ſolus. pro eo qď eſſe debuit nate de naſcor naſceris natus. De additione ſyllabae non ponit exẽplũ ſed poſſunt eſſe exẽpla ex praepoſitionibus cum in compoſitione nihil ſignificãt. vt adſimilis adnoto. Epentheſis interpretatur interpoſitio ab epi ⁊ en qď eſt inter ⁊ theſis. ⁊ eſt quando in medio dictionis interponitur litera. vt redeo a re ⁊ eo interiecta. d. aut ſyllaba. vt Iuue. grauius ⁊ barbarus induperator: hanc alij parentheſin vocant q̃ aeque interpoſitio interpretatur. Paragoge interpretatur adductio a parago qď eſt adduco. ⁊ eſt qñ in fine dictiõis addit̃ litera vel ſyllaba. vt magis p̃ mage. Nã mage debet eſſe ab eo quod magne. ⁊ qď Vg. viij. eñ. liq̃do vel poteſtur electro. ⁊ dñarier p̃ dñari. Aphaereſis interp̃tat̃ ablatio ab aphereome qď eſt auferri: ⁊ eſt qñ a principio dictiõis auferſ litera vel ſyllaba. vt qui dixit. mitte arcana dei. ⁊ quod Vg. j. aeñ. qui tela typhoea tẽnis p̃ cõtẽnis. Syncopa interp̃tat̃ cõciſio a ſin cõ ⁊ copto ſcindo: ⁊ eſt qñ ex medio dictiõis intercidit litera vel ſyllaba. vt audacter p̃ audaciter. i. litera diſpũcta. ⁊ illud Hora. in. ij. ſermo. at illum qui me commorit melius nõ tãgere clamo. p̃ cõmouerit. Apocopa interp̃tat̃ abciſio ab apo de ⁊ copto ſcindo ⁊ eſt quando ex fine dictiõis abſcindit̃ lr̃a vel ſyllaba. vt Uergi. j. eñ. Relliquias Danaũ atq; immitis Achilli pro Achillis: ⁊ ſi quis dicat poſſis pro poſſitis: ⁊ potes pro poteſtis ⁊ mutu pro mutuo: ⁊ ſunt forte exempla ſumpta ex antiquis autoribus.

Ectaſis interpretatur productio ab etanyo qđ eſt produco. ⁊ eſt qñ ſyllaba breuis ponitur pro longa ſiue producta ⁊ ponit exemplum ex principio aeñ. Uergilianae. Italiam fato profugus lauinaqꝫ venit littora. ná in primogenito breuiatur. Idem in. vij. Italus paterqꝫ ſabinus. ⁊ in poſſeſſiuo gentili ſemper breuiat eandem niſi neceſſitas vrgeat. vt in. viij. italos in praelia caeſar. Siſtole interpretatur contractio a ſyſtello qđ eſt contraho: ⁊ eſt qñ ſyllaba longa ponitur pro breui. vt apud Uerg. in. j. aeñ. Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus orion. Idem in. iiij. dum pelago deſaeuit hyems ⁊ aquoſus orion. nam o longa eſt ⁊ a graecis p o mega vtrobiqꝫ ſcribitur. Diaereſis interpretatur diuiſio a diaereo qđ eſt diuido. ⁊ eſt quando ex vna ſyllaba diphthongo conglutinata duae fiunt. vt Uerg. iij. aeñ. aulai in medio libabant pocula bacchi. aulai fecit ab eo quod eſt aulae. Idem in. ix. diues pictai veſtis ⁊ auri p pictae. ⁊ poſuit aliud exemplum ex poeta quodam antiquo. olli reſpondit rex Albai longai pro albae longae. Synaereſis eſt interpretata contractio ⁊ eſt conglutinatio duarum ſyllabarum in vnam: vt phaeton quod triſyllabicum eſt. P. Uarro protulit diſyllabum: v: autor eſt Quintilia. qui citat illius verſiculum. Cum te flagranti deiectum fulmine phaeton. ſic quoqꝫ dicimus di pro dei ⁊ dis pro deis ⁊ ij iis pro ei. ⁊ eis. Uergi. quoqꝫ. iij. georgi. fixerit aeripidem ceruam licet aut erimanthi. pro aeripedem. ideſt. velocem quaſi ventum. Epiſynaloepha ſpecies eſt ſynaereſis immo ſynaereſis: vt patet exemplo quod ponit ex. ij. aeneiđ. Ecce autem tellis panthus elapſus achiuum nam ab eo quod eſt panthoos fit panthus hoc eſt duabus ſyllabis in vnam contractis. Synaloepha interpretatur coniúctio ⁊ eſt cum dictio finitur in vocali ſequiturqꝫ dictio aeque incipiẽs a vocali quia tunc interimitur vocalis illa prior. Et ponit exemplum ex principio lib. ix. aeneiđ. Atqꝫ ea diuerſa penitus dum parte geruntur. legendumqꝫ eſt atqꝫ a diuerſa. haec a quibuſdam ſynereſis dicitur: quia videlicet ex duabus ſyllabis vna coaleſcit. Ecthlipſis interpretatur eliſio ab ecthlibo quod eſt elido elidis: ⁊ eſt quando ex duro ⁊ aſpero concurſu conſonantis cũ vocali conſonans exterenda eſt: ⁊ ponit exemplum ex Uergi. in principio aeñ. Littora multũ ille ⁊ terris iactatus ⁊ alto. pro mult ill ⁊ terris iactatus ⁊ alto. hoc eſt extrita. m. littera ne fiat metaciſmus ille de quo ſupra diximus. Antitheſis interpretatur pro alio poſitio ab anti pro ⁊ theſis poſitio. ⁊ eſt quãdo alia littera pro alia ponitur. vt apud Uerg. j. aeñ. Olli ſubridens hominũ ſator atqꝫ deorum pro illi. hoc eſt. o. pro. i. Metatheſis interpretatur tranſpoſitio. ⁊ eſt quando litterarum ordo inuertitur. vt apud Uergilius lib. xj. aeneiđ. at non euandre pudendis. pro euander. q̃q̃ vt ſupra diximꝰ euandre poteſt eſſe ab eo quod eſt euandrus: vt apud Uergili. tunc rex Euandrus Romanae cõditor arcis. quinimmo omnia nomina graeca terminata in bros. aut cros. aut dros. aut gros. aut pros. aut tros. poſſunt habere duplices recti termĩatiões. vt thymbros thymber vel thymbrus. teucros teucer vel teucrus. Alexandros alexander vel alexandrus. meleagros meleager vel meleagrus. capros caper vel caprus. Itaqꝫ cũ Uergilius dixit decimo Aeneidos. at tibi thymbre caput Euandrius abſtulit enſis. vocatiuus ille potuit eſſe ab eo quod eſt thymbrus.

Ectaſis eſt extenſio ſyllabæ contra naturam uerbi. ut Italiam fato profugus: cũ Italiam prima ſyllaba correpta dicere debeamus.

Syſtole eſt correptio ſyllabæ contra naturam uerbi facta: contraria ectaſi: ut aquoſus orion. ꝑ ori on producte.

Diereſis eſt diuiſio unius ſyllabæ in duas. ut olli reſpondit rex albai longai ꝑ albæ lõgæ. Et aulai ĩ medio libabãt pocula Bacchi. pro aulæ. Et diues pictai ueſtis & auri. pro pictæ.

Synæreſis eſt conglutinatio duarum uocalium in unam contraria diæreſi. ut phæton pro phaeton & æripedem pro aeripedem.

Epiſynalœpha quę & ſynereſis eſt: eſt duarũ ſyllabarum in unã facta cõglutinatio. ut Ecce autem telis Panthus elapſus achiuum. pro panthoos.

Synalœpha eſt per interẽptionẽ concurrentiũ inter ſe uocalium lubrica quædã leniſq; colliſio. ut atq; ea diuerſa penitus dũ parte gerũtur. Hæc a quibuſdam ſynæreſis uel colliſio nuncupatur.

Ecthlipſis eſt cõſonantiũ cum uocalibus aſpere concurrentibus difficilis ac dura colliſio. ut littora multum ille & terris iactatus & alto.

Antitheſis eſt litteræ pro littera poſitio. ut olli ſubridens pro illi.

Metatheſis eſt tranſformatio litterarum.

## ☙ De ſchematis.

Schemata lexeos & dianoeas ſunt quedam figuræ uerborum & ſententiaꝝ. Sed ſchemata dianoeas ad oratores ꝑtinet: ad grammaticos uero lexeos. Quæ cum multa ſint: ex omnibus ferme neceſſaria ſunt quæ ſequuntur. ſcilicet: Prolepſis: Zeugma: Hypozeuſis: Syllepſis: Anadiploſis: Anaphora: Epanalepſis: Epizeuſis: Paronomaſia: Scheſiſonomaton: Paromœon: Homœoteleuton: Homœoptoton: Polyptoton: Hirmos: Polyſyntheton: Dialiton: Antithetõ: Hypalage: Climax.

Prolepſis eſt pręſumptio rerum ordine ſecutarum. ut Interea reges ingenti mole latinus. Procedũt caſtris Turnus. deinde Aeneas.

De ſchematis. diximꝰ metaplaſmũ eſſe mediũ inter lexim ⁊ barbariſmũ. ſchema vero inter phraſim ⁊ ſoloeciſmũ. Itaqꝫ reſtat dicẽdũ de ſchemate. hoc eſt de figuris hoc eſt de vitijs que cõmitti cõſueuerũt in cõtextu partiũ orationis ⁊ ſunt excuſabilia ratiõe aliqua ſed ea vitia aut in verbis aut in ſententia cõtingunt itaqꝫ duo genera ſchematõ hoc eſt figurarũ eſſe dicit: q: aut ſunt lexeos ideſt dictionis: aut dianceas. i. ſententiae. nam lexis lexeos eſt dictio: dianoea dianoes ſententia. ſed excuſat ſe de tractatu figurarum quae ad ſententiam pertinent: quoniam illae oratorum ſunt magis propriae. figuras itaqꝫ dictionis quae ad grammaticum pertinent dicit eſſe complures: ſed ex illis frequentiores elegit. de quibus ſingulatim diſſerit dicens. ⁊c. Prolepſis interpretatur praeſumptio. a pro ante ⁊ lepſis captio. ⁊ eſt quãdo aliquid in genere praeſumitur quod ꝑ partes poſtea explicatur. ⁊ ponit exẽplũ ex Uer. li. xij. aeñ. Interea reges ingẽti mole latinus procedũt caſtris: deinde turnꝰ: deinde aeneas.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

Zeugma interp̄tat̄ cōiūctio: ⁊ eſt qñ vnū verbū diuerſis ſuppoſitis acomodatur. vt Uerg. li. iij. aeñ. troiugena interpres diuū qui numina phoebi. ſubaudi ex inferioribus ſentis. qui tripodas etiā ſentis. clarij lauros iter accipe ſentis ⁊ qui ſydera ſentis. Hypozeuxis interp̄tat̄ ſubiūctio: ⁊ eſt quādo ecōtrario zeugmati vnū ſuppoſitū accomodatur diuerſis verbis vt Uerg. lib. viij. aeñ. Regē adijt. regi memorat nomēqꝫ genuſqꝫ. vtrobiqꝫ namqꝫ intelligitur aeneas. Hypozeuxis aūt d̄r ab hypo ſub zeuxis iūctio quaſi ſpēs quaedā zeugmatis. Sylleſis interp̄tatur conceptio ſiue cōp̄rehēſio. a ſyn qd̄ eſt con ⁊ lepſis captio ⁊ fit cum per vnū verbū ſuppoſita diuerſorū numerorum colligimus: ⁊ ponit exēplū ex Ug. in. j. aeñ. Hic illi⁹ arma hic currus fuit. nā in priori caſu arma fuerūt debet ſubintellig̃. Sed dicit Donat⁹ hanc figurā latiſſime patere: ⁊ ad multa ſe extēdere: fieriqꝫ nō ſolū per partes orationis: ſed per accidētia partiū oratiōis: immo ſylleſis p̄pe ſemp̄ fit per accidētia partiū orationis. vt qd̄ genus maſculinū cōcipiat foemininū. vt apollo ⁊ muſa ſunt docti. ego ⁊ tu ſumus boni. aliquādo quod foemininū cōcipiat neutrū. vt Lucanus. hinc leges ⁊ plaebiſcita coactae. aliquādo qd̄ neutrū concipiat maſculinum ⁊ foemininū. vt virga tua ⁊ baculus tuus ipſa me cōſolata ſunt. Aliqñ ratione affinitatis qd̄ foemininū concipiat maſculinū. vt vide virum ⁊ foemininam honeſtā. ⁊ per numeros fit plaerūqꝫ haec cōceptio: vt alijs in locis copioſius diſputatur: hoc eſt vbi de figuris cōſtructionis agit̃. Anadiploſis eſt interpretata reduplicatio. ab ana praepoſitione quod eſt re. ⁊ diploſis plicatio: ⁊ fit quoties ſequens verſus incipit a verbo in quo deſinit praecedens: ⁊ ponit exemplum ex Uerg. lib. x. aeñ. vrbs Hetruſca ſolo ſequitur pulcherrimus aſtur: aſtur equo fidens. Anaphora eſt interpretata relatio ſiue repetitio. ab ana re ⁊ phoro fero. ⁊ fit quoties plures verſus ab eadē dictione incipiūt. ⁊ ponit exēplū ex Uerg. j. aenei. gnatae meae vires ⁊c. Epanalepſis interp̄tatur repetitio ab epi. ⁊ ana ⁊ lepſis. ⁊ eſt verbū epanalābano repeto: ⁊ fit haec figura quoties in eodē verbo incipit ⁊ finitur verſus. vt Uerg in calce p̄mi libri aeñ. Multa ſuper p̄iamo rogitans ſup Hectore multa. Aliud quoqꝫ exēplū ponit ex. ij. geor. antea etiā ſceptrū ⁊c. Epizeuxis interpretatur iniūctio: ⁊ fit qñ verbū iteratur nō interueniēte alia parte orationis. ⁊ accipit exēplū ex Uerg. ix. aeñ. Meme adſum qui feci in me cōuertite ferrū o rutuli. ⁊ haec figura frequēs eſt in ſermone familiari. ⁊ in ſacris lr̄is. Paronomaſia interpretatur denominatio. a para. de ⁊ onoma nomē. ⁊ eſt qñ nomen de nomīe aliud ſignificanti deducitur non per etymologiā ſed per litterarū ſimilitudinē ⁊ ponit exēplū ex Terē. in andria nā incoeptio inquit eſt amentiū haud amantiū. Scheſis ſonomatō interpretatur habitudo noim. nā ſcheſis eſt habitudo ⁊ onoma nomē: ⁊ eſt cum ſingulis ſua epitheta ſunt adiuncta. ⁊ ponit exēplū ex poeta. marſa manus peligna cohors feſtina virum pro virorū vis. Sūt aūt marſi ⁊ peligni populi Italiae notiſſimi. Paromoeon interpretatur ad ſimile. ⁊ fit cū plures dictiones ab eadē litera incipiūt: ⁊ ponit exēplū ex Ennio poeta. quēadmodū refert P̄ſci. li. xij. cū diſputat de p̄onoīe. O tite tute tibi. ⁊c. Homoeoteleuton interp̄tatur ſil̄r deſinens. nam homoeos eſt ſimilis vel ſimiliter ⁊ teleutao finio: ⁊ eſt quādo plures dictiones ſimiliter terminant̃ dūmodo id non fiat per caſus. ⁊ ponit exemplum ex aliquo poeta aut autore antiquo. eos deduci q̄ relinqui. que oīa verba ſunt ſimiliter deſinentia. Homoeptotō interpretatur ſimiliter cadens ab homoeos qd̄ eſt ſimilis ⁊ ptoſis caſus. ⁊ eſt qñ plures dictiones per caſuū declinationē ſimiliter deſinunt. vt moerentes flentes. ⁊c. Polyptoton interpretatur multitudo caſuum. a poly multū ⁊ ptoſis caſus: ⁊ eſt quando diuerſi caſus ſibi inuicē reſpondent ⁊ ponit exēplū ex Uerg. iiij. aeñ. littora littoribus cōtraria. Hyrmos interpretatur tractus ⁊ eſt qñ oratio per logā verborū ſeriē trahit̃ extēditurqꝫ: ⁊ ponit exēplū ex Ug. vj. aeñ. principio coelum ⁊c. vſqꝫ ad locū ſpūs intus alit.

Zeugma eſt unius uerbi concluſio diuerſis clauſulis apte coniuncta. ut Troiugena interpres diuū qui numina Phoebi. Qui tripodas: clarii lauros: qui ſydera ſentis.

Hypozeuxis eſt figura ſupiori cōtraria ubi diuerſa uerba ſingulis clauſulis redduntur. ut Regē adiit: regi memorat nomenqꝫ genuſqꝫ.

Syllepſis eſt diuerſarum clauſularum per unum uerbum conglutinata conceptio. ut Hic illius arma hic currus fuit. Hoc ſchema late patet: & fieri ſolet non ſolum per partes orationis ſed per accidētia partium orationis. Item ſyllepſis eſt in diſſimilibus clauſulis quādo dictio ſingularis uerbo plurali adiungitur. ut Sunt nobis mitia poma. caſtaneæ molles: & preſſi copia lactis.

Anadiploſis eſt geminatio dictiōis q̄ ex ultimo loco precedentis uerſus & principio ſeq̄ntis iterat̃. ut Sequitur pulcherrim⁹ aſtur. Aſtur equo fidēs.

Anaphora eſt relatio eiuſdem uerbi per principia plurimorum uerſuum. ut Gnate meæ uires: mea magna potentia ſolus. Gnate patris ſummi qui tela Typhoea temnis.

Epanalepſis eſt uerbi in principio uerſus poſiti & in eiuſdem fine repetitio. ut Multa ſup Priamo rogitans ſuper Hectore multa. Et alibi. Ante etiā ſceptrum dictei regis & ante impia quam cæſis.

Epizeuxis eſt eiuſdem uerbi in eodem uerſu ſine aliqua dilatione geminatio. ut Meme adſum qui feci in me conuertite ferrum.

Paronomaſia eſt ueluti quædam denominatio. uel quoties aliud nomen efficitur de alio. ut Nam inceptio eſt amentium haud amantium.

Scheſis ſonomaton eſt multitudo nominum cōiunctorum eodem habitu copulandi. ut Marſa manus Peligna cohors. feſtina uirum uis.

Paromœon eſt qñ ab eiſdē l̄ris diuerſa noīa ſumuntur. ut O tite tute tibi tu tanta tyranne tuliſti.

Homœoteleuton eſt cū ſimili modo dictiōes plurimæ finiūtur. ut Eos deduci quam relinqui: deuehi quam deferri malui.

Homœoptotō ē: cū in cōſimiles caſus exeūt diuerſa uerba. ut Mœrētes: flētes: lachrymātes: comitātes

Polyptoton eſt multitudo caſuū uarietate diſticta. ut Littora littoribus cōtraria fluctib⁹ undas. Imp̄cor arma armis: pugnent ipſiqꝫ nepotes.

Hyrmos eſt ſeries or̄onis cōtinuę tenorē ſuū uſqꝫ ad ultimū ſeruans. ut Principio cœlū: terras cāpoſqꝫ liquētes Lucentēqꝫ globū lunæ titaniaqꝫ aſtra.

Polyſyntheton interpretaᷓ multitudo caſuū compoſita a poly multū ⁊ ſyntheton compoſitū. ⁊ eſt quando multae dictiones per coniūctiones iunguntᷓ: ⁊ ponit exemplū ex Uerg. ij. aeñ. Athamaſqȝ toaſqȝ ⁊c. Dialyton interpretaᷓ diſſolutū a dialyo: qḋ eſt diſſoluo: ⁊ eſt quando ſine coniūctionibꝰ plures dictiones eiuſdē generis proferuntᷓ. ⁊ eſt figura ſuperiori contraria. ⁊ ponit exemplū ex Vg. in. iiij. aeñ. ite citi flammas: nam plura verba iungūtur non interuenientibꝰ coniūctionibꝰ. A Cicerone dᷓ articulus color: dᷓ quoqȝ haec figura aſyntheton qḋ interpretaᷓ incompoſitū ab a particula priuatiua ⁊ theton poſitū: qꝛ vt diximꝰ plura verba iunguntur ſine coniunctione. Antitheton interpretatur contrapoſitum, ab anti cōtra ⁊ theton poſitum: ⁊ fit cum contraria contrarijs opponuntur: et ponit exemplū ex Oui. j. meta. vt frigida pugnabant calidis ⁊c. de hac figura dixit Perſius. crimina rasis librat in antithetis. Hyppallage interpretatur ſubmutatio. ab hyppo ſub ⁊ allage mutatio: ⁊ eſt cum verba per contrarium intelliguntur. Uerg. iiij. aeneidos. regina e ſpeculis cum primum albeſcere lucem vidit. i. res omnes per lucem albeſcere: quoniam lux colorem non habet: ſed per eam omnia colorantur. Climax interpretatur gradatio ⁊ eſt quando verba repetita progrediuntur: ⁊ ponit exemplū ex Vergi. in buco. torua leęna lupum ſequitur. lupus ipſe capellam. florentem cytiſum ſequitur laſciua capella.

Polyſyntheton eſt dictio multis connexa coniunctionibus. ut Athamaſq; thoaſq; pelideſq; neoptolemus. primuſq; machaon.

Dialyton ſiue aſyntheton eſt figura ſuperiori cōtraria carens cōiunctionibus. ut Ite: ferte citi flammas: date tela: impellite remos.

Antitheton eſt contra poſitum: & fit quando cōtraria contrariis opponuntur. ut Frigida pugnabāt calidis & humentia ſiccis: mollia cum duris ſine pondere habentia pondus.

Hypallage eſt uerborum per contrarium intellectus: ut Regina e ſpeculis ut primū albeſcere lucem uidit.

Climax eſt ſubſcripta gradatio. ut Torua leæna lupum ſequitur: lupus ipſe capellam.

## ¶ De tropis.

TRopus eſt dictio tranſlata a propria ſignificatione ad improperiam ornatꝰ: neceſſitatiſue cauſa. ſunt autē quæ ſequuntur. Metaphora. Catachreſis. Metalepſis. Metonymia. Antonomaſia. Epytheton. Synecdoche. Onomatopoeia. Periphraſis. Hiperbaton tropus in ſuas ſpecies diuiſus. Hiperbole. Allegoria tropus in ſuas ſpecies diuiſus. Homoeoſis in ſuas ſpecies diuiſus.

Metaphora eſt rerum uerborumq; tranſlatio. hæc fit quattuor modis. Ab animali ad animale. Ab inamali ad inanimale. Ab inanimali ad animale. Ab animali ad inanimale.

Ab animali ad animale. ut Tiphyn aurigam celeres fecere carinæ. Nam auriga & gubernator nauis animam habent.

Ab inanimali ad inanimale. ut Vt pelagus tenuere rates. Nam naues ſicut & rates animam non habent.

Ab inanimali ad animale. ut Atlantis cinctum aſſidue cui nubibus atris. Piniferum caput & uento pulſatur & imbri. Nam mons animam nō habet cui membra hominis attribuuntur.

Ab animali ad inanimale: ut Si tantum in pectore robur concipis. Nam robur animam non habet: cum Turnus cui hæc dn̄r aiam habebat. Scire autem debemus alias metaphoras eſſe reciprocas. alias autem eſſe partis unius.

Catachreſis eſt uſurpatio nois alieni. ut parricidam dicimus qui occidit fratrem: & piſcinam ꝗ piſces non habet. Hæc enim unde extrinſecus ſumerēt uocabulum ſuum: non haberent.

## ¶ De tropis.

